This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Princeton University Library
32101 065094086

21-4/2
27/5-

QVAESTIONES HERCVLANENSES

DISSERTATIO INAVGVRALIS PHILOLOGICA

QVAM

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

GVILELMVS CROENERT
SAXORHENANVS

LIPSIAE
TYPIS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCVIII

SCT
2542
.275
(RECAP)
10212
-15

Digitized by Google

De dissertatione probanda ad ordinem rettulerunt

U. de Wilamowitz-Moellendorff et **Guilelmus Schulze**

Examen rigorosum habitum est die II mensis Martii
a. h. s. XCVII

Digitized by Google

GVILELMO SCHVLZE

GOTTINGENSI

D

Digitized by Google

Digitized by Google

In rebus linguae Graecae orthographicis quid praestantius uniceve verum esset usque ad initium huius saeculi aut plane ignorabatur aut solis e Byzantinorum codicibus vel grammaticorum veterum suffragiis diiudicabatur. Deinde ut taceam de eis, quae ex ratione metrica imprimis Angli eruerunt, titulorum copia quae iam in dies amplior suppetebat paulatim adhibita est, unde largus fructus redundare coepit. Interim innotuit tertia quasi linguae Graecae memoria, eam dico quam papyri praebent variis locis solo ereptae. Et primum quidem recuperata est philosophi cuiusdam Epicurei bybliotheca. Quicquid inter cineres legi potuit magnis temporum intervallis Academici Neapolitani publici iuris fecerunt. Verum paulo post alio loco alius scriptorum generis exempla inventa sunt, primusque Schow a. 1788 ad edendas papyros Aegyptiacas accessit. Aedes Herculanenses praeter illas copias nil amplius quod quidem aetatem tulit servasse videntur, Aegyptus vero quo magis explorata est eo maiora reddidit neque acta solum publica privatave reperta, sed etiam historicorum oratorum poetarum libri singulis olim mortuis ut fati comites additi nunc inter pretiosissimos bybliothecarum thensauros feruntur.

Sic quae antea tanti facta erat Herculanensis bybliotheca cessit papyris Aegyptiacis, nunc omnium exspectatio ex Anglorum copiis pendet, quarum ingens pars nondum aperta nedum exhausta est. Tamen nonnulla quae ad res grammaticas spectant tractaturo papyri Neapolitanae aptiores visae sunt, primum quod librarii huius bybliothecae immunes sunt a multis vitiis, quae Aegyptios scribas omnium fere temporum infecerunt, deinde papyrorum Neapolitanarum infimus est annus LXXIX p. Chr. n., ita ut temporis spatium ab altera parte certe definitum sit, licet multae praecipue Epicuri papyri primo ante Chr. n. saeculo sint tribuendae.

Neque de Herculanensibus neque de ceteris libris papyraceis adhuc exstitit diligens rerum grammaticarum conspectus.[1]) Et in hac re libris Neapolitanis id maxime offecit, quod singula nimis dispersa erant et saepe duorum testium fide concinnanda, quodque multa ut

1) De voluminibus Herculanensibus, si omittimus adnotationes Academicorum magna ex parte nugales, quae satis superque explosae sunt, hi fere aliquid attulerunt: AvBamberg ZfdG 1874 13—16 ει = ī 10 κενότατον 21 ἑώρακα 26 cecωμένος (falso) 36 ἐμπιμπράναι GMeyer et saepius FBlass in grammatica linguae Graecae Sudhaus in indice grammatico Rhetor. II 370—371 Schmid Atticismus hinc inde, ut II 17 22 23 26 28 29 31 33.

Digitized by Google

rudis moles impolita latebant, quae tamen difficultates nunc plerumque sublatae sunt indefessis Gomperzi Sudhausi Scotti aliorumque curis. Itaque operam dedi ut omnia quae adhuc in lucem emissa sunt indagarem et excuterem, qua in re universitatis Bonnensis bybliotheca liberalissime eo me adiuvit, quod imagines phototypicas apographorum Oxoniensium domi examinandas mihi tradidit. Sed iam quibus compendiis in afferendis libris usus sim exponendum est:

VH Volumina Herculanensia; prior et altera collectio numeris minoribus indicatur, velut VH I^1, X^2 etc. In afferendis locis et numerum fragmenti columnaeve una cum versu et folium voluminis exhibebo hunc in modum: $X^2 \frac{7\ 16}{145}$. Raro accidit ut media columna temporum iniuria intercepta inferioris partis versus ab

ai imo potius numerandi essent, qua in re „ai" addidi Buechelero duce. Haec cum per se dilucida sint, VH plerumque omitten-

n dum est. In afferendis apographorum lectionibus n significat

o Neapolitanum, o Oxoniense exemplar.

O Collectio imaginum phototypicarum, quae exhibet praeter ea, quae iam ante edita erant, totas apographorum Oxoniensium copias in septem volumina divisas. Singulae paginae quia duplicem ordinem prae se ferunt, alterum voluminis, alterum totius collectionis, illam supra hanc infra notabo, velut O IV $\frac{16\ 5}{850}$.

p papyrus.

ap anonymi papyrus.

Ak Academicorum index, edidit ex a p. 1021 I^2 162—197 FBuecheler ind. lect. Gryph. 1869. Columnas secundum Neapolitanos numerabo. Saepe apographum Oxoniense, quod praestantia facile antecellit, solum memoriam servavit (O IV $\frac{1—44}{718—761}$).

Δ Demetrius. In p. 1014 (Δπ = Δημητρίου περὶ ποιημάτων) cum duplex paginarum ordo sit, Neapolitanum sequar.

Ε Epicurus; singuli operis de natura libri litteris graecis exprimuntur: Ε$\overline{\text{ια}}$ Ε$\overline{\text{κη}}$ sim. Ubi duo adsunt apographa, et papyrus et ordo Neapolitanus additur. In Ε$\overline{\text{κη}}$ (edito Herm. vol. XXIX 5—14) Hermae paginis utor, similiter in Ε p. 1619, quam una cum p. 1056 et p. 697 edidit Gomperz Wiener Studien I 27—31 (Ε p. 1619 WS I 31 100 sim.).

Kα Carneiscus (p. 1027 V^2 182—195).

Kω Colotes. Kω ευ = p. 1332 VI^2 96—104, Kω λ = p. 208 VI^2 112—120.

M Metrodorus (a p. 831 X^2 71—80, quam Metrodoro adscripsit simulque edidit AKoerte Metrodori fragmenta 571—591).

Digitized by Google

Π Polystratus. 1) p. 336—1150 ed. Gomperz Herm. vol. XI 399 sqq. 2) p. 1520 V^2 196—200 (priorem papyrum mero Π signare soleo).

Στ Index Stoicorum, ex a p. 1021 edidit D Comparetti Riv. di Fil. Class. III 1875.

Φ Philodemus.

Χ Chrysippus. 1) p. 1038 V^2 22—25. 2) a p. 1020 X^2 112—117. Chrysippo adscripsit editor H. v. Arnim (Herm. XXV 473—495, cuius paginae exhibentur). 3) a p. 307 VIII^2 176—193. Chrysippo vel certe Stoico reddendam esse alio loco demonstrabo.

Accedit conspectus singulorum Philodemi scriptorum:

αι a (mea sententia Φ) p. 19—698, ed. Scott Herculanensia 253—305 (paginas sequor Scotti).

β περὶ τοῦ καθ' Ὁμ[ηρ]ον ἀγα[θοῦ β]ας[ιλέως p. 1507 VIII^1.

επ περὶ Ἐπικούρου p. 1232 VI^2 106—111.

επβ̄ περὶ Ἐπ[ι]κούρου Β p. 1289 O V $\frac{20—26}{1051—1057}$.

ευ περὶ εὐσεβείας ed. Gomperz Herkulanensische Studien II 1866.

θ περὶ θανάτου Δ ed. S. Mekler Wiener Sitz.-B. 1885.

θᾱ περὶ θεῶν Α p. 26 ed. Scott Herculanensia 205—251.

θδ περὶ θεῶν διαγωγῆς p. 152—157 ed. Scott Herculanensia 93—204.

κ περὶ κολακείας p. 1675 I^2 1—13, p. 222 I^2 75—83, a p. 1082 I^2 84—92, a p. 1089 VIII^2 1—7, a p. 223 VIII^2 138—141.

μ περὶ μουσικῆς Philodemi de musica librorum quae exstant ed. J. Kemke, Lipsiae 1884.

οι περὶ κακιῶν ... θ [= περὶ οἰκονομίας] p. 1424 III^1.

ομ περὶ ὁμιλίας p. 873 V^2 176—181.

ορ περὶ ὀργῆς p. 182 ed. Gomperz Lipsiae 1864.

π περὶ ποιημάτων.

πδ̄ περὶ ποιημάτων Δ p. 207 II^2 148—158.

πε̄ περὶ ποιημάτων Ε p. 1425 II^2 159—197 (alterum apographum πε̄β p. 1538 II^2 198—208).

πh Philod. περὶ ποιημάτων libri secundi quae videntur fragmenta conlegit Au. Hausrath Lipsiae 1889. Ceterarum operis Philodemeae papyrorum conspectus exstat infra pg. 10.

πα περὶ παρρησίας p. 1471 V^1.

πλ περὶ πλούτου p. 163 III^2 72—109.

πρ πε[ρὶ] τῶν ..... πραγματεῖαι p. 1418 I^2 107—131.

πτ πρὸς τοὺς [p. 1005 I^2 132—161.

ρI II Philodemi volumina rhetorica ed. Siegfried Sudhaus. Lipsiae I 1892. II 1896.

c περὶ [σημείω]ν κ[αὶ] ση[με]ιώσεων p. 1065 IV^2 1—41 ed. Gomperz, Herkulanensische Studien I 1865.

υ περὶ κακιῶν I [= περὶ ὑπερηφανίας] p. 1008 III^1.

Digitized by Google

φ περὶ τῶν φιλοσόφων p. 339 VIII[1].
φιλαργ [περὶ φιλαργυρίας] a p. 1613 VII[2] 124—135, a p. 253 VII[2] 191—196, a p. 465 IX[2] 187—200.
χ περὶ χάριτος p. 1414 X[1].

In libris αι ευ θδ μ ρ c editorum paginas adferam ceteroquin columnarum et fragmentorum numeris usurus. Quoniam autem saepe magni scire interest qualis sit librarius cuius manum teneas, singulis locis crucem (†) vel asteriscum (*) praefigam: illud probos hoc negligentiores significat scribas. Sed quo facilius quae ratio intercedat inter illa scribendi genera appareat, missis minoribus papyris brevem confeci laterculum. Meliori igitur notae adsignandi libri αι β κ οι π (libr. α, β) πα πλ πτ ρ (libr. α, β) υ φ φιλαργ χ Ακ Ε ιᾱ ιδ̄ ιε̄ κη̄ Κα X p. 307 1020, ad deteriores ablegavi ευ θᾱ θδ μ ομ ορ π (libr. γ) πρ ρ (libr. γ, δ) Δπ Ε p. 1191 Μ Στ a p. 1012 VII[2] 1—29, medium ut ita dicam genus tenent θ c Π. Denique singulae operis de poetica et de rhetorica papyri quomodo inter librarios modo memoratos sint distribuendae, hisce tabellis aperire studui quas quidem secutus sim rationes alias certius indicaturus.

(Indices cum paulo maioris essent ambitus orationis potius quam tabularum conexum divellendum esse existimavi.)

Ea quae ex VH exhauseram quantum fieri potuit et debuit cum ceteris linguae Graecae monumentis comparare in animo fuit, et maxime quidem tractatum quicquid ex Aegyptorum papyris volgaribus hucusque editum est. Etiam in hac re compendia quaedam explicare non inutile visum est.

BU Aegyptische Urkunden aus den Königlichen Museen zu Berlin herausgegeben von der Generalverwaltung. Griechische Urkunden. Berlin 1894 sqq. (aet. rom. et byz.).
DA ADieterich, Abraxas, Studien zur Religionsgeschichte des späteren Altertums, Leipz. 1891 (papp. mag. s. III—IV).
DPM ADieterich, papyrus magica musei Lugdunensis Batavi, Jahrb. f. kl. Phil. Suppl. XVI (= PLu V s. III—IV).
GI BPGrenfell, An alexandrian erotic fragment and other greek papyri chiefly Ptolemaic, Oxford 1896.
GII Grenfell and Hunt, Greek papyri, Series II, Oxford 1897 (aet. ptol. et rom.).
M JMahaffy, On the Flinders Petrie Papyri, Dublin, I 1891, II 1893, Appendix 1894 (s. III a. C.).
MER Mittheilungen aus der Sammlung der Papyrus Erzherzog Rainer I—V, Wien 1887—1892 (aet. rom.).
PB Parthey, Zwei griechische Zauberpapyri des Berliner Museums, Abh. d. Berl. Ak. 1865 109—180 (s. II—IV).
PER KWessely, Corpus Papyrorum Raineri Archiducis Austriae, I, Wien 1895 (aet. rom.).
PG JNicole, Les Papyrus de Genève, fasc. 1, Genève 1896 (aet. rom.).

Digitized by Google

ρ liber	scriptura pura (ι = ῑ) α litterae magnae rotundatae, in fine versuum haud raro producuntur interrupto etiam ordine	scriptura pura (ι = ῑ) β litterae mediae, Η = Η, saepius interpunctio adest	scriptura volgaris (ει saepe = ῑ) γ litt. magnae fluctuantes, ι ἀνεκφώνητον saepe omissum	scriptura volgaris (ει saepe = ῑ) δ litteratura media, Υ = Τ, haud raro interpunctum
I			p. 1427 V² 26—35 = I 1—12	
II		p. 1674 IV² 42—108 = I 13—99 p. 1086, p. 425, p. 1079, p. 1580 } II 65—67 99—130		p. 1672 V² 36—76 = I 84—146 p. 408, p. 409, p. 1573, p. 1117 } II 67—99
III?		p. 1015 V² 77—152, p. 832 VIII² 44—67 } = II 1—64		
IV a	p. 1423 XI¹a = I 147—161			
IV b			p. 1007 XI¹b = I 162—225	
V?		p. 1669 V¹ = I 225—270 p. 220 VI² 188—199 = II 131—143 p. 1078, p. 1080 } VII² 161—185 = II 143—167		
inc.		p. 1004 III² 110—209 = I 325—385		
inc.	p. 221, p. 245, p. 398, p. 1612, p. 1619, p 426, p. 380 } II 176—187 190—195 p. 463 IV² 182—191 204—208		p. 224 VII² 140—156 = II 168—176	
hypomnematicon		p. 1506 III² 1—71 = II 196—272		p. 1426 IV¹b = II 253—272 p. 240, p. 455, p. 467, p. 468, p. 1114, p. 1653, p. 473 } II 273—303 p. 1099 X² 176—178 p. 1101 X² 179—181 p. 469 X² 39—41 p. 1646 XI² 141—142

Digitized by Google

Contra papyros Philodemi, in quibus de rebus poeticis agitur, sic distribuam:

α	β	γ
medium scripturae genus, perraro ῑ = ει, ποητής et ποιητής, fere nullae correcturae, nulla signa intra verba praeter paragraphos	litterae grandes, rotundae, ῑ ubique servatur, ποητής ποεῖ, interpunctio adest (˙), saepe in versuum exitu comparet ‹	ductus maiores et planiores, ⌉ = Τ, ει saepius = ῑ, ποιητής et ποητής, interpunctio raro notatur, in fine versuum bis legitur ⁘ (IV² 172 4 195 12)
p. 207 II² 148—158 πδ̄ p. 1425 II² 159—197 πε̄ p 1581 VII² 157—160 p. 228 VIII² 163—165 p. 403 IX² 25—30 p. 407 IX² 31—33	e p. 444 460 463 1073 1074 (= IV² 109—208) omnia huc collocanda praeter p. 463 (IV² 182—191 204—208) et eas paginas p. 1074, quas librario γ tribui. Hausrathii distributio (πh 213—218) non ab omni parte recta est p. 1081 VII² 94 96—97 99 101—123 p. 466 X² 1—13	p. 1074 IV² 159 165 171—172 176 195 198 201 p. 1081 VII² 81—93 95 98 100 p. 994 VI² 127—187 p. 1676 XI² 147—166

Omisi in hoc conspectu p. 1538 πε̄β II² 198—208 et exilia fragmenta p. 128 VIII² 127—133, p. 89 VIII² 121—126.

PLou MWBrunet de Presle, Les papyrus grecs du Musée de Louvre et de la bibliothèque Impériale, Notices et extraits de manuscrits de la bibliothèque impériale XVIII 2, Paris 1866 (plerumque s. II a. C.).

PLu CLeemans, Papyri graeci Musei antiquarii publici Lugduni Batavi, I 1843, II 1885 (praeter papyros magicas aliasque id genus s. II a. C.).

PMB FGKenyon, Greek papyri in the British Museum, London 1893 (aet. ptol.-byz.).

PS KWessely, Die griechischen Papyri Sachsens, Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. 1885 237—284 (237—275 papp. Lipsienses s. III p. C., 276—283 papp. Dresdenses aet. Ptol.).

PT APeyron, Papyri graeci regii Taurinensis Musei Aegyptii, Taurini, I 1826, II 1827, III 1828 (aet. Ptol.).

PV AMai, Classici auctores IV 445—446, V 601—604 (papyri Vaticani aet. Ptol.).

RL BPGrenfell and IPMahaffy, Revenue laws of Ptolemy Philadelphus, Oxford 1896 (a. 258 a. C.).

RE Révue Egyptologique (plerumque aet. byz.).

WL, WM KWessely, Denkschr. d. Wien. Ak. 1888 (WL = pap. mag. Parisinus, WM = pap. Mimaut; pap. Anastasy nunc emendatius in PMB legitur).

W 1889 KWessely, Denkschr. d. Wien. Ak. 1889 (papp. Paris. aet. byz.).

W 1893 KWessely, Denkschr. d. Wien. Ak. 1893 (papp. mag., sed maximam partem melius in PMB repetitae).

WA UWilcken, Actenstücke (Abh. d. Berl. Ak. 1887; aet. Ptol.).

Digitized by Google

In exscribendis DA GIII M MER PMB PS PT PV RE W1889 1893 WT editorum paginis usus sum; dum examinarem GIII M PMB PT PV PLu PLou RL, multo cum fructu adhibui libellum quem conscripsit Stanislaus Wilkowski Lembergensis: Prodromus Grammaticae papyrorum aetatis Lagidarum (act. Acad. Cracov. class. phil. t. XXVI Cracoviae 1897), in quo multa editorum vitia collatis plerumque imaginibus emendata, alia melius temptata et explicata vides. Anxie ubique de tempore singulorum testium habui quaestionem; si certus annus deerat, secundum totius papyri habitum saeculum vel aetas eligi debuit. Hasce velim notas discas: (pt) (i) (chr) (byz) (ar) significant aetates Ptolemaeorum, Imperatorum Romanor., Christianorum, Byzantinorum denique Arabum. II^{a}, I—II, 137^{a}, 150^{p} sim. facile intelliguntur; ^{i} (initium) ^{m} (medium) ^{f} (finis) singulis saeculis ubi necesse fuit adieci. Inter papyros quas vocant litterarias maxime adhibui Anonymi Iatrica (Iatr) e papyro Musei Britannici a Dielsio edita; huius libelli rationes ubique cum usu VH contuli. Praeterea multa mihi suppeditaverunt Aristotelis et Hyperidis libelli, e recentioribus scriptoribus adhuc primum locum obtinet Philonis papyrus.

Multo minus testimoniorum e titulis conquisivi; prae caeteris perscrutatus sum libros hosce: Bulletin de corr. hell. (BCH), Journal of Hell. stud. (JHS), Papers of American School (PAS), Le Bas-Waddingt. (LBW), Inscr. Mus. Brit. (IMB), Viereckii lapides (Vier.); papyri instar erat Epicureus Oenoandensis (EOe) ab Usenero RhM 47 (1892) editus.

Iam ad eos scriptores venio, qui codicibus medio quod dicitur aevo scriptis servati sunt. In multis quaestionibus papyri vulgares aut pauca aut nil praebuerunt; ut ergo Philodemi in rebus grammaticis consuetudo melius percipiatur aequales circumspexi elegique Agatharchiden (II^{af}; utor editione Muelleri Geogr. Graeci min. I), Geminum (I^{am}; editio adfuit Petavii, novam emissurus est Manitius), Asclepiodotum (I^{am}; Kriegsschriftsteller ed. Koechly und Rüstow II 1), Strabonem (I^{af-pi}; ed. Kram. mai.), Onosandrum (I^{pm-f}; ed. Koechly), quorum omnium adhuc non exstitit qui res grammaticas patefaceret. Ceterorum scriptorum — poetarum raro habui rationem — quo antiquiores hodie feruntur codices, eo maiore cum studio quid ex his erui posset inquisivi, qua in re palma utique danda erat libris sacris, quorum primarii Alexandrinus Sinaiticus Vaticanus Sarravianus. Non tamen omnia exhaurire volui, quae peculiari magis commentationi relinquenda, sicut etiam linguae Graecae in glossariis graecolatinis memoriam raro adhibui, ne nimium praeriperem. Inter profanos auctores cum ampla undique obstrepat lectionum copia maxime versavi Iosephum Philonem commentatores Aristotelis. Rarissime ad novellos deflexi, Hatzidacio plerumque duce.

Exordiendum est ab iis signis grammaticis, ex quibus aliquid de pronuntiatione disci potest, accentus dico et spiritus. Non ita multis opus est verbis. Nam accentus praeter ЄΞΗ̂ ρ I 5 25 (nisi falso descriptum pro ЄΞΗ) ΓЄΓΟΝΌΤΟ̂C ρ II 71 3 ΧΩ̂ΡΑΝ μ 11 10 (sic voluit Landwehr GGN 1885 982; ipse num recte traditum sit dubito)

Digitized by Google

CΦΟΔΡΌϢC (sic fertur) μ p. 225 VIII² $\frac{6\,6}{145}$ non leguntur nisi in nonnullis operis de re poetica paginis, quas libr. β conscripserat. Haec fere exstant: ΜΈΝ πh 2 4 12 12 ΟΥ]ΚΈΤΙ 12 10 ΓΕΓΟΝΈΝΑΙ 12 6 ΌΠΛ[ΟΝ 12 8 ΜΗ]ΘΈΝΈΤΙ 12 14 ΑΠΟΔΙΔΌΝΑΙ 12 16 ΤΌΙϹ 12 21 Κ]ΎΚΛΟϹ 14 10 ϹΥΛΛΑΒ]ΗΝ 14 6 ΓΛΥ]ΚΑΊΝΟΥϹΑΝ 14 8 ... ΑϹΜΌΝ 14 13 Ό[ΤΙΔΗΠΟ]ΤΕ 14 19 ΔΎΝΑϹΘΑΙ 14 20 IV² $\frac{58\,4}{160}$ ΌΤΑΝ $\frac{58\,6}{160}$ ΤΟΥϹ́ $\frac{36\,11}{144}$ ΓΆΡ $\frac{53\,7}{158}$ ΕϹΤΙΝ ib. 9; notandum ΗΧΟΝ πh 12 13. Gravis igitur qui vocatur accentus deesse videtur, nisi quae πh 12 7 apparent ex ΔῈ depravata sunt. Restat circumflexus: Η̂ (ἡ) πh 1 14 ΓΝΩ̂ϹΙΝ 12 11 ΤΗ̂Ϲ 13 8 14 18 ΤΩ̂Ν 14 14 IV² $\frac{58\,3\,4}{160}$ Α]ΠΛΗ̂ 12 13 ΔΕ̂ΙΝ 14 ΠΟΕ̂ΙΝ 3 20. Pro ᾗ 14 19 exscriptum est Η̇, a nostro usu recedunt ΟΥ̂ΔΕ (οὐδὲ) 12 22 ΤΑ̂Ϲ Ι̣V² $\frac{58\,2}{160}$. Fere nulla spiritus exempla: ἈΙΡΕΙ (αἱρεῖ) πh 27 4 (= IV² $\frac{48\,4}{155}$; falsus est Hausrath ἀιρει indicans)[1]) ΟΥΚ'ἈΡΕϹΤΑ[Ϲ π 1676 XI² $\frac{1\,3}{154}$ de quo mox dicetur. Neutrum signorum genus ex Iatricorum papyro prolatum.

Ex eo quod perpaucae tantum papyri Hausrathianae accentuum usum servarunt, sine dubio talia a correctoris manu provenisse concludi potest, id quod saepius in sacris libris Tischendorf olim monuit; sic in Iliadis celeberrimo Bankesiano diorthota singulos versus nudis litteris exaratos grammaticorum signis illustravit (cf. CHaeberlin Centralbl. f. Bibliotheksw. XIV [1897] 210). Spiritus forma diminuta ʽ bis adhibita in papyro Aristotelica (ἨΓὨΝΤΑΙ col. 13 11 Ἀ 12 3); in PLuW (mag. III—IV^{p}) similis est ductus: ˂ (cf. Leemans 202).

In titulis Atticis tales orationis distinctiones inde a s. V^{p} demum emergunt (cf. Meist^{2} 11); sed ad initia Romanorum aevi referendus titulus Epidauricus (cf. JBaunack, Aus Epid. 21), in quo exstat ΟΙΕΡΕΥϹ.[2])

Ne vero nimis palaeographicorum provinciam usurpasse videar, satis sit memorare me in papyris vulgaribus praeter magicorum libellos non invenisse similia nisi ΟΥΧ'ΥΠΗΝΤΗϹΕΝ BU 321 20, 322 21 (219^{p}), quod eodem spectat atque illud οὐκ' ἀρεστά[ϲ] supra allatum. Talia

1) in diphthongis promiscue et priori et alteri litterae antiquitus spiritus additus esse videtur, cf. DA 176 11 ΟὙ B, ΟὙ A. 180 18 ΟἹϹ B. ὉΥ ὉΥΝ in commentario anonymi Neoplatonici in Parmenidem s. V exarato (RhM 47) col. 12 33 10 12. Similia e vetustissimis codicibus uncialibus petenda.

2) v. PCavvadias Fouilles d'Epidaure I, Athènes 1891.

Digitized by Google

etiam in quadam Sapphus papyro animadvertit Blass (cf. Hyperidis ed. tert. XII adn. 1); in hoc tamen erravit, quod hunc usum e grammaticorum praeceptis de οὐκί vel οὐχί somniantium derivavit. Etenim ex iis codicibus veteris novique testamenti, qui maxime ad antiquitatem redeunt, saepe eis consonis, quae singulas voces claudunt, spiritum additum esse cognoscimus praeter ν et c. Maxime hic usus in nominibus propriis valuit, velut ΔΑΝΙΗΛ' ΜΩΑΒ' ΙΕΡΟΥCΑΛΗΜ', rarius alibi conspicitur. Sic in codice Ambrosiano Pentateuchi s. V (ed. Ceriani Monumenta sacra et profana III 1864) legitur ΥΔΩΡ'ΤΗC et ΫΔΩΡ'ΕΚ fol. 47 CΤΕΛΡ' ΒΟΩΝ 124 ΓΑΡ'ΕΩΡΑΚΑΤΕ 44 CΚΩΛΗΞ'ΕΓΕΝΕΤΟ 50 ΑΠΑΞ' ΤΟΥ 155 ΟΥΧ'ΕΨΗCΕΙC 97, codex LXX Sarravianus s. IV—V a Tischendorfio exscriptus exhibet CΤΕΛΡ'ΠΕΡΙΕΛΕΙ. CΤΕΛΡ'ΤΟΥ 20^a 9 24^b 27 CΤΕΛΡ'ΑΠΟ 29^b 16 30^b 4 ΕΞ'ΕΤΗ 59^a 20 22 ΕΞ'ΥΜΩΝ 60^a 5 63^a 23 ΘΡΙΞ'ΕΝ 49^a 14 ΘΡΙΞ'ΑΥΤΟΥ 49^b 1 ΟΥΚ'ΕΠΙΧΕΕΙ 22^a 10 ΟΥΧ' ΑΨΕΤΑΙ 48^a 11 al., e cod. evangeliorum Θ (s. VI—VII) idem (Monumenta inedita 1846 17) enotavit ΕΚ'ΔΕΞΙΩΝ; alia aliunde ex eodem opere peti possunt.[1]) Ea solum fere in libris uncialibus reperiuntur, in nominibus propriis unum alterumve exemplum in codices antiquiores minusculae scripturae migravit (etiam ἐναλλὰξ' τὸν πόκον et ἐκ' ceιρῶν legitur, Usener, der hl. Theodos. 30 24, 72 23 in cod. s. XI), acrius retenta hamula in voce οὐκ et οὐχ.[2]) Ex. g. Aristophanis Ravennas hoc more utitur, cf. οὐχ' Thesm. 7 8 32 97 etc. οὐκ' 5 188 226 etc., codex Aristotelis de poetica libri (s. XI) οὐκ' 6 1450^a 16, Iuliani Vossianus (s. XII—XIII, cf. Hertlein I VII) οὐχ' ex consuetudine scribit, quae vel in libros typis expressos irrepsit, velut ex Aldi officina (Alex. Aphrod. in Arist. coφ. ἐλ. Ven. 1520 fol. 2^a) οὐχ' ὥc prodiit, in Strabonis editione maiore οὐχ' ὥc οὐχ' ὁ exstat II 184 13 421 7 Kram., Lobeckiumque ipsum (Phryn. 176) οὐχ' ὡc effugit.

Haec omnia arcte cohaerent cum ea quaestione, quam deinceps instituam. Graeci enim in syllabis pronuntiandis distinguendisque admodum diligentes fuerunt, quod maxime e librariorum usu singulos versus terminantium cognoscere possumus.[3]) Qua in re duo genera

1) v Thompson, Handbook of gr. and lat. Palaeogr.[2] 73. W Wattenbach, Anl. zur gr. Pal. 10.

2) E papyris addendum PMB 84—88 (homeromantia s. III^p). In hoc libello in elisionibus additur apostrophus, praeterea: ΟΥΚ'ΑΙΝΟΤ[ΕΡΟΝ 86 82 ΟΥΚ'ΕΔΙΗΝΕΝ 87 91 ΟΥΚ'ΑΡΕΤΑ 87 95 ΟΥΧ'ΥΙΟC 136, contra ΟΥΚΕΝ 88 112 ΟΥΚΕΙΑCΧ' 85 35.

3) Paucis absolvendum certum vitiorum genus. Non semel enim eadem littera bis expressa apparet: Κάδ|δμον *ορ 16 15 παρατιθεμέν|ναις 30 22 ἀρχ|χήν *ευ 45 18 [cυνελό]ν|ντι 147 24 ὑφέμ|μενος *π VII[2] $\frac{9\ 23}{87}$ κοιν|ν[ῶ]ν †ρ I 71 28; cf. ῥυθ|θμούc *μ 95 16 γέν|[ν]ος 69 32 περιαπ|πτειν *ορ 43 16; verum ἀποφθεγ|γματικούc Ε†ιδ̄ VI[2] 9 2 et ἐπ]εν[η]νεν|γμέν[οι ρ I †67 13 prorsus alia ratione scribi fatendum est, quam infra persequar. Similia iam in titulis observata sunt: ἰαρ|ρεύc tit. Epidaur. (Baunack, Stud. I 17) Ἀνφια|αροῦ γυν|ναικός CIG I 3498; e papyris cf. χ|χρείcας DA 188 8 (III—IV) δικ|κέου παραπεπ|πτωκέναι BU 103 6 (VI—VII) 214 15 (152p); —ου C|cυρίαν Deut. 26 5 F (s. IV). E Iosephi memoria affero κατές|cτρεψε A 13 386 L (XI—XII) βλαc|cφημίαc 293 295 L πιc|cτωτάτους 2 252 A (XI) ἀρίc|cτης V 2 P^1 (X—XI) εἰκοc|cτόν 13 P^1 (cf. ἠναγκάc|cθηcαν Polyb. XV 13 1

Digitized by Google

distinguendi constituas; alterum in disiungendis mediis vocibus versatur, alterum in singulis verborum compositorum partibus et in elisione. Si prius illud genus spectas, voces quales sunt πυκνός λυπρός πολλά πράττειν uno tantum modo dividi possunt: λυ|πρός πυ|κνός πολ|λά πράτ|τειν. Item si prior consona labialis vel gutturalis, altera dentalis est, certus est dirimendi usus, veluti γρα|πτός ἐ|φθός ἄ|χθος πρα|κτός, qui diligenter in VH servatur excepta p* 1426, in qua ter aliter divisa exstant ἐμπράκ|τους ρ II 265 21 δεκ|τόν 269 11 κεκ|τημένους 271 2.[1]) Sic etiam in voce ἐχθρός una tantum ratio admittenda: ἐ|χθρός. Geminatas consonas una servari hac quidem aetate pro vitio haberi oportet, quamquam posteris eam licentiam condonandam esse ex iis quae infra ponentur apparebit: γρά|μμασιν *Στ 47 2 Δέξι|πποc *Iatr 12 8.[2]) Aliter res se habet in conexu binarum consonarum quarum prior littera c est. In his verbis disiungendis multum discrepant librarii ita ut nonnullas papyros pro exemplo apponere non inutile esse putem:

*ορ (p. 180) cτ septies diremit, quinquies continue servavit (πλεί|cτους 35 22 ἐποι|cτικάc 11 6 πάρε|cτιν 23 39 ἀπολαυ|cτοῦ 42 22 παρα|cτήcομεν 42 33), ceterum ubique dividitur: cθ 10 ies, cμ ter, cκ bis, cχ semel.

†πα (p. 1471) c priori versui attribuitur sequente κ (ter) et μ (ter); variatur in conexu litterarum cτ (c|τ bis, |cτ semel) et cθ (c|θ ter, |cθ 6 ies).

†οι †υ (p. 1424 1008; ad eundem librarium redeunt) constanter sibilantem indivisam servarunt praeter ἐc|τίν υ 21 41.

*Iatr rursus divisionem praefert: c|τ 1 28 25 46 28 27 28 34 38 (sed cυ|cτολάc 16 6)[3]) c|θ 21 20 c|μ 6 6 13 38 14 14 c|π 15 36 c|χ 34 36.

---

cod. s. XI) quae tamen scripturae potius ad sibilantem ante mediam vel aspiratam geminatam referendae sunt. Saepius in codicibus simile vitium exstat tota syllaba perperam repetita, veluti in Sinaitico: ΟΥ|ΟΥΚ Ierem. 41 17 ΧΑ|ΧΑΛΚΟΙ 52 20. Obiter moneo deesse in VH lineolas ad indicandas disiunctiones; nam ΕΞΕΤΑΖΟ-|ΜΕΝΗΝ μ 68 19 prae se fert signum ad explendum spatium appositum, quod in hac papyro frequentissimum est. Chartae vulgares nil praebent praeter ϹΥΝΚΟΜΙ¯|ΔΗΝ BU 101 20 (114[p]).

1) Quin etiam haud raro consona praepositionis ἐκ, si alia subsequitur, illi adhaeret: ἐ|γδέχεται *ρ I 119 18 ἐ]|γλυόντων *ορ 33 32 ἐ|γδηλοτάτην *θ? XI[2] $\frac{13\ 9}{32}$ ἐ]|γλειμμάτων †ϵ$\overline{\text{ια}}$ VI[2] $\frac{1\ 5}{2}$ ἐ|[κ]τείνω *ευ 96 5; ἐ|γ ḍιστα[ζ]ομένου *ρ I 109 5 καὶ|κ τῆς *ευ 93 14 ἐ]|κ τῶν 112 3 (sed ἐκ | τῶν *ρ I 3 12 ἐκ | τινός †ϵ$\overline{\text{κη}}$ 9 7 etc.). Alia e lapidibus accedunt: ἐ]|κ τούτου tit. Epidaur. (Baunack, Stud. I 80 7) ἐ|κ τῶν CIA IV 385 d 7 (III[a f]) BCH VI 320 (Deli I[a]) ἐ|χφέρεσθαι CD[2] 117 9 (Cretae ca. 220[a], praeterea bene disiunctum), in testamento Epictetae (CD[2] 148) nunc ἐκ|*τοῦ legitur F 4 deleta littera κ; tum ἐ|κ τῆς G I 12 (fr. LXX s. V) ἐ|κ τῶν LXX 2 Reg. 13 5 Vaticanus.

2) προγεγρα|μμένους BCH V 447 5 (Stiride II—I).

3) Animadversione dignum quod stirpes verborum paulo fortius studio dirimendi resistunt (quamquam sunt librarii, qui cognationem verborum non curent),

Digitized by Google

In hoc divisionum genere vitia, quod VH attinet, fere nulla. Novi solum ut certum ἀρέσκ̣|εσθαι *μ 79 20. Sed et hoc dubium erit, si vestigia in fine prioris versus pro signo sumpserimus ad explendum spatium apposito, qualia in hoc libro creberrima sunt. Quae vero protulit Gomperz (Wien. Sitz.-Ber. 1891 26 adn. 1), ut Meklerum a Dielsii censura (DLZ 1886 515) defenderet, ad unum omnia in dubitationem vocari possunt. Nam neque π]|ροσσημαίνειν (π VII² $\frac{33\ 18}{182}$) neque παραπλ̣ή[σια ($\frac{30\ 21}{179}$; ΠΑΡΑΠΑ|Η.... n, ΠΑΡΑΠΑ|..... o) aliquid valet, quia e dissoluta memoria nullum potest advocari argumentum, et quibus locis ille maxime nititur quippe vitio intra binas columnas commisso τὸ σ]|χῆμα πh 12 26—13 1 (deest in col 13 omnino margo sinistra!) et συν[β]|έβηκε π XI² $\frac{11\ 27}{164}$—$\frac{12\ 1}{165}$, eodem modo ad irritum redigendi. Illud μὲ|ν οὖν ορ 1 12 alio spectat. Magis peccatum in Iatricorum papyro. Ἀσ^κ|ληπιάδης 24 30 συστε^λ|⟨λ⟩όμενοι 29 20; π]|ρός 8 3 dubitationi fortasse obnoxium.[1])

Pergo ad alterum genus, ubi multo minores discrepantiae. In verbis enim compositis si praepositionem in vocalem exeuntem elisione facta vocalis excipit, consona quae nunc praepositionem claudit in pronuntiatione et scriptura sequenti syllabae tribuitur. Eadem ratio est in elisione vocularum (παρά ἐπί οὐδὲ οὔτε sim.), neque aliter in vocibus ἐξ (sed ἓξ | ἐτῶν ρ I 97 7) οὐκ οὐχ usu venit. Rursus nonnullas papyros perlustrabo.

†πh ἐ|ξεδέξατο 21 24 ἀ]|πέδωκεν 8 24 με]|τενεχθῆ[ναι 9 9 κα|θάπερ 17 19; ἀλ]|λ' ὅμως 20 5 ἀλ|λ' ὅτι 49 2 ποήμα|τ' αὐτῶν 1 21 παν|τ' ἐναρμόττουσαν 29 19 οὐ|[κ] ἐπί 21 20 οὐ]|χ ὁμοίως 16 25 οὐ]|χ ὁμοίαν 59 6.

*θ κα]|θάπερ 13 5 ἀλ|λ' οὐχί 28 2 ἀλ|λ' ὑπό 35 13 ἀ[λ]|λ' οὐ 28 24 οὐ|κ εὐλόφως 35 28 οὐ|κ εἰ 37 40.

*ορ ἔ|ξωθεν 31 7 47 38 με|τέσχηκεν 43 37 κα|τηξιωκότων 35 29 ἀ|πεδείκνυον 45 22 (μι|σανθρωπίας 28 13); πο|τ' ἐπί 45 37 κα|τ' [ἰ]δ̣ία[ν] 40 28 κ]α|θ' αὑτῶν 22 17 κα|θ' ὅν 26 17 μάλις|θ' οἵ 43 38 οὐ|δ' εἰ 16 18 ἀ|φ' ὧν 27 12 πα|ρ' αὑτόν 3 15 ἀλ|λ' εὐθέως 15 11 ἀ]λ|λ' ἐνίοτ[ε] 16 29.

Nonnumquam saepius in hanc legem librariorum socordia peccavit, praecipue in *libris de re musica: ἐξ | ὑπολήψεως 27 10 ἐφ|ιστάνειν 52 16 ἀν|είησι 84 16 καθ' | αὑτάς 65 35 (παρ' | [Ὁμ]ήρωι 82 19 dubium) et in papyris rhetoricis generis *γ: παρ|ῆν I 164 8 παρ' |

sic *θᾶ ἀποσ|τάσει 283 11 Scott ἀπεσ|τ̣αλκός 284 4 κατασ|κευήν 257 1 καθεσ|τῶτα 272 10) et in ευ 14 22 στ diremptum, cum scribatur παρα|στήσας 144 4.

1) De litteris υι, utrum iunctim an seorsum pronuntiatae sint, nil discitur ex πα fr. 17 10 γεγονυ[ί]|ας.

Digitized by Google

Εὐριπίδ[ηι 16522 πα[ρ]|αγγέλλον 17712 παρ|ανγελμάτων 2017 ἐξ|ευρίσκειν 20422 ἐξ|ετάζεσθαι 20625 ὑπ|άρχ[ει]ν II 1714 (ib. 1713 ΟΥΚ|ΑΝ, pro quo Sudhaus οὐδ' | ἄν edidit, potest ΟΥΔΕ|ΑΝ fuisse) et †β: ἐπην|όρθωσαν I 3349 παρ'|ἡμῶν 37116 ἐξ|ἀγωγῆς ἀ]ν|είργειν II 1648. Alibi perraro: ἐξ|ε[υ]ρίσκειν †πτ 138 ἐξ| ἀνάγκης ‡πη 6821 ἐξ | ἐκπυρώσεως *ορ 811 ἐξ|εργαζομένο[υ]ς †πα 719 παρ|ο[ρ]ωμένων 2110. Etiam Iatr. liber his vitiis caret.

Contra ultima consona in priore versu retinetur in vocibus εἰς πρός σύν ἐν: εἰς|ῆκ[ται ρ I 35316 εἰς|αγα[γό]ντες πα fr. 298; πρός|οδος ρ I 23619 (cf. 5923 2084) προς|α[ν]αφέρειν πα fr. 41 6; συν|αύξησιν ορ 1837 (cf. 615 2518 4327) συν|εῖδον ευ 14730 συν|αντιλαμβάνεσθαι πα fr. 398; ἐν|οχλεῖ πα 1518. Sic etiam ἀν|υπάρκτων *μ 657 ἀν|ελλι[πῶς †πα 721 ἀν]|αισχυντηςάντω[ν *Στ 41 probatius fuisse putem quam ἄ|νανδρον *μ 6532. Certum esse videtur συ|νέςτησεν Ακ 83 et εἰ]|σιόντι Iatr 1935. Legitur δυς|ηχίαν π VI² $\frac{22\,23}{171}$, et δυ]|σηχῆ πη 163 nisi fraus adest, deinde πα|νουργίας ρ I 362 11.

Non tamen desunt librarii, qui in nasali disiungendo latius procedant: ἐ|ν αὐτοῖς †πη 2823 ἐ]|ν αὐτῆι 7410 ἐ|ν ἐκεί[ν]οις ρ I †4328 ἐ|ν ἐ[κ]ε[ί]νοις *θ? XI² $\frac{9\,11}{28}$ ἃ|ν εἴη ρ II *26821 εἰ μὲ|ν οὖν *ορ 112. In littera ρ et c talia non inveni.

Has scribendi leges a veterum librariis diligenter observatas cum iam Boeckh in Hyperidis papyro agnovisset, tantum afuit ut ab editoribus stricte observarentur, ut exsisteret qui acriter hunc usum negaret quamvis monitus (cf. pg. 15), quod eo magis mirandum, quia ille vir ab omnibus, qui volumina Neapolitana manibus versant, ut qui ad aperiendos illius bybliothecae thensauros omnium plurimum attulerit uno consensu meritis tollitur laudibus. In libris VH primi de hoc usu verba fecerunt FBlass (LC 18851072, recensetur Kemkii liber; vitium editoris, quod Blass breviter tetigit, non vidit HLandwehr GGN 1885976—984 cum longo ambitu de re palaeographica dissereret) et HDiels de Meklero libello agens (DLZ 1886515). Inter editores soli HDiels et HvArnim rectam in supplendis lacunis viam ingressi sunt, paucisque exceptis locis Sudhaus in altero Rhetoricorum volumine, cum in priore sat multa commisisset vitia.

Origines huius usus[1]) quaerenti primo loco tituli inspiciendi sunt, ubi paulo altius ascendere licet quam olim BKeil de Atticis lapidibus statuerat (Herm. XXV 598 „dieser Gebrauch der systematischen Wortabbrechung ist um ca. 200 a. C. eingeführt"). In antiquissimorum titu-

1) In transcursu Pollii sententiam (Mélanges Graux 487 adn. 3) afferre lubet Alexandrinis grammaticis primordia illius consuetudinis tribuentis, quae tamen opinio praeter Alfredum Schoene neminis adhuc plausum tulit.

Digitized by Google

lorum editione Roehliana praeter nonnullas minoris spatii inscriptiones (e. g. lapidem Ionicum in vico Abu Simbel repertum) in Eleis solum monumentis vestigia licet incerta apparent (cf. 113, 118, 121, in tit. 112 unum est vitium commissum ἐπενπ|έτο; maior testium huius regionis pars reluctatur); in titulo Laconico 79 nullum vocabulum diremptionem passum est. Saeculo vero ante Christum n. quarto latius se extendisse versuum certam distinctionem facile quaestione instituta cognoscitur. Sic tabulae Heracleenses ut vulgo fertur s. IV ex. incisae syllabas nusquam laedunt (notandum βέλτι|στα 1169 κα|τελείπετο 220 ὥς|τ' ἦμεν 31), item titulus Crannonius CD² 400 s. IV (ἕκα|στον 16) et tres lapides Mylasis reperti, qui referunt dialectum Ionicam vulgaris linguae formis intermixtam, CD² 492 493 494 (annorum 367 361 355 a. C.; παρεπρές|βευσεν 4926 μετέ[c]|χεν 4949 γίνε|σθαι 18). Memorabilis est titulus Eresi inventus CD² 430 s. IV ex., in quo cum στοιχηδόν exaratus sit, hinc inde litteris in fine versuum extra ordinem adiectis effectum est, ut pronuntiationi ubique satisfieret. Nam [κρί]|νναι D 21 et [κα|λ]λύων 38 si recte tradita sunt vix gravia existimarim, cum similia posteris temporibus saepe in usu fuerint, cetera editoribus imputanda. Apud Atticos pristinus ordinis qui στοιχηδόν vocatur usus sub finem quarti demum saeculi omitti coeptus est. Ita CIA IV 611ᵇ ubi tria decreta una in tabula servata sunt, duo priora (302/1 et 301/0) antiquo more excusa, postremum (300/299) recte in syllabas divisum. Tertio deinde saeculo duae illae rationes aequis utrimque viribus inter sese pugnant, magis resistentibus publicis sacrisque actis, altero vero a. C. saeculo vetustior consuetudo ubique extincta videtur.[1]) Quod in medio positum est genus, ubi neque στοιχηδόν neque distincte exaratur, in paucis tantum exemplis conspicitur velut CIA IV 591ᵇ (temp. Ant. Gon.). Ad librorum usum propius accedit CIA IV 623ᵈ (IIIᵃ ut vid.), ubi a dextra parte inter singulas litteras nonnumquam maiora apparent interstitia, scilicet ut spatia aequentur.

De seriorum in titulis incidendis usu nonnulla exempli gratia adscribam:

BCH VI 1 sqq. (Deli 180ᵃ) Χαρι|στίου 2820 Ἐπι|σθενείου 19144 κατεχρή|[σθη 27237 sed Ἀρις|τάρχου 45145; ἀ|νέθηκεν 45148 πα|ρέδωκεν 149 ἐ|π' Ἀρίστωνος 717 οὐ|κ ἀπέδωκεν 2815 ἄλ|λον 720 Με*|νύλλωι 17129.

DI 1683—1708 (Delphis IIᵃ) ἐπί|στευσε 16913 1708 6 Ἀρι|στίωνος 16988 Ἀρι|στόβουλος 170313 Σώ|στρατος 169912 sed Ἀρις|τοβούλα 16913; κα|θώς 17054 ἀ|πέδοτο 17021 πα|ρέχοιν 16978 ἀ|νυπόδικοι 168913 ἀ|νέγκλητος 16968 ἀ|νέφαπτος 16975; Τίμων|ος 169314.

DS 388 (Andaniae 91ᵃ) ἐξ[ές]|τω 83 μυς|τηρίοις 140 κατασκευα|σ[θ]ῆντι 90 συντελεῖσ|θαι 141 sed καθι|στάσθω 57; κα|θώς 3158 π[ο|τ]εισφερόντω 127; τόπ|ωι 91 ἐ[ξ] | ἑκατέρου 93.

*EOe (IIᵖ) ἐc|τίν 15A10 (cf. 17ᵃ14 18ᵇ6 28ᵇ9ᶜ11 31ᵃ8 32ᵇ9 33Bᵇ 14ᶜ7 ἐπις|τολῆς 13Aᵇ10) ἐc|θήτων 24ᵃ10 (cf. 26Aᵃ13 40Aᵇ12) κόc|μος

---

1) Extremum exemplum CIA II 413 (200—197ᵃ) videtur praebere, cf. Meist.² 6—7; ille etiam hoc statuit, in lapidibus Atticis s. III—Iᵃ plerumque dividi c|τ c|θ c|κ c|χ c|μ.

Digitized by Google

20^b 12 (cf. 13 $26A^a$ 6 $40A^b$ 11 sed φά|ζματα $10A^b$ 2); ἀ|ναιρεῖσθαι 31^b 6 πα|ρέχειν 32^a 1 verum εἰς|άγοντες 22^b 12 προς|επυνθάνου 16 B^a 6 συν|ά-ξουσιν 20^b 8; κα|θ' ἡμέρα[ν $10A^c$.4 ἀ]|πελυσάμεθα 15 B^e 7 οὐκέ|τ' εἰσίν 20^b 4 sim. 17^c 8 20^b 11; οὐ|κ οὖσαι $10A^b$ 3 οὐ|χ' εὗρεν $40B^b$ 4 cf. $26A^a$ 12; restat unum φρον|ήμ[ατα col. 30, ubi ΦΡΟΝΗ|ΗΜΑΤΑ primitus exstitisse suspicatus est Usener. Praeterea memoria digna: οὐ|κ ὀλία CIA IV 2, 477^c (ca. I^a) οὐ]|κ ὀλίγα II 379 (III^{af}) οὐ|κ εἰσάγεται DS 373 6 (Myconi pt) οὐ|κ ἐστί 429 2 (Dodonae pt) συ|νεδρίου CIG Phoc. 109 3 (pt) συ|-νομνύοντες CD^2 121 B 22 (Dreri III^{af}) ἐ|ν ἀμέραις 120 11 (Cnosi II^{af}). Plura me de titulis verba fecisse non vituperaturum puto, qui secum reputaverit quantillum de hac re nobiscum sit communicatum.[1]) Inde a saeculo altero a. C. in omnibus titulis, qui quidem maioris ambitus sunt, nusquam officii plenas in syllabas orationem terminandi lapicidae obliviscuntur, ubi pauca incisa sunt saepius indiligentius actum esse, id quod perlustratis monumentis sepulcralibus facile est cognitu, non miramur.

Nunc ad papyros me converto, in quibus inde a prima Ptolemaeorum aetate[2]) usque ad Arabum tempora nulla adhuc inventa est quae discernendi leges omnino contemneret, paucae prae vasta illa copia quae vitia admitterent. Sic ut primum Lagidarum aevum recenseam invenitur ἵν' | ἐὰ⟨ν⟩ γράφω G I 70 18 (II—I) μόρ|ια PLou 1 362 (II^{af}) μηδὲ|ν ἀντι-πεσόν 30 24 (162^a) παρ|επιγεγραφ[ότος 32 9 (162^a) ἀδε|λφός 27 ἐξ|απο-στεῖλαι 36 20 (163^a) Ἀπο|λλωνίωι 404 (156) ἀντιπατάσσ|οντες 41 παρ|-εύρεσιν 63 15 (165) προστής|εσθαι 40 ὠν|αῖς 98 στοιχειωδῶ|ς ὑμῖν 116. Quinam locus in his papyris sibilanti sit attributus nescio, de posteris temporibus disiungendae consonae usum aut solum inveniri — hoc certius de BU affirmare possum — aut certe praevalere facile spoponderim. Omitto magicorum praecepta, quae ut saepe orationem praebent paulo cultiorem sic plerumque diligentiores librarios nacta sunt. In libro †WL (III—IV) verba sic disiunguntur: |στ |σμ |σχ (verum μίς|γε 1880 ἐξ|άρτεμισίας 1088 μετ' | ἐμοῦ 1952 παρ|άψη 2173 τ' | ἐρινύς 2859 cf. 2663 2825 2936). Quae in BU peccata sunt e primis p. Chr. n. saeculis provenerunt: Ἀμ-μ|ωνίω 53 2 (133) ἔχ|ω μ|ηνός 68 4 9 (113) Δημητρ|οῦς Δωρίων|ος 716 7 (131) ἔγρ|αψα 520 15 (172) ὀκτ|ωκ[αι]δεκάτω 1001 7 (114); παρ|έξομαι 40 13 (102); προ|σήκοντα 2 4 (209) ἐπε[ι]|σῆλθαν 515 12 (193); τὴ|ν ἄμπελον 33 3 (II) λοιπῶ|ν ἔργων 4 ὑπαὶ|ρ ἀτῶν 13 21 (289); πε|ντα-κοσίων 23 2 (II) κι|νδυνεύω 164 12 (II) προ|στελείτωσαν 197 17 (17); γρά|μμ[α]τα 615 20 (II). Alibi legitur ἀσπάζ|ομαι G II 115 4 (III^p) ἐξ | ἀληθείας PMB 74 291 (IV^p) et in infimae aetatis libellis: μεθ' | ὑπογραφῆς 104 16 (VI—VII) ἐξ | οὗ 197 2 (it.); scatet vitiis PLu *X (III—IV) magna ea quidem papyrus sed omnium fere negligentissime exarata.

Superest ut codices inspiciamus.

†Sarravianus Octateuchi s. IV—V (Tischendorf Mon. sacra ined. III; examinavi fol. 1—66): |στ 21^{el} (verum ἔς|ται 4^a 14 22^b 2 ἐς|τίν 16^b 19 22^a 13 ἔς|τησαν 39^a 8 ἕκας|τος 58^a 5) |σθ 9^{ies} |σκ 4er |σχ bis |σβ bis |σπ 4er |σφ

---

1) cf. de titulis Atticis BKeil Hermae vol. XXV 598 Meist.² 6 sq., tum Baunack Aus Epidauros 11 12 17 26 Blass Ausspr.³ 127.

2) de RL cf. Grenfell p. 88; de ceteris nemo adhuc egit.

Digitized by Google

62^{b} 19 |cμ ter; ἀ|ναστάς 3^{a} 10 etc. πα|ροίκου 58^{a} 10 etc. κα|τοικοῦσιν 13^{a} 22 etc. ἐ|πέχεεν 15^{b} 4 etc. ἐ|ξοίσει 24^{b} 14 cf. 38^{a} 6 ἀ|πέκτειναν 12^{b} 16 etc. με|τέβαλεν 49^{b} 1; etiam ἐ|νετείλατο 37^{a} 24 39^{a} 3 συ|νάντησιν 7^{b} 1 cf. 32^{a} 18 52^{b} 23 (rursus συν|έταξεν 32^{b} 20 cf. 41^{1b} 23 88^{b} 6); mirum quod exstat εἰ|σηνέχθη 42^{1a} 16 et addito insuper signo superfluo ΕΙ⟩|CΗΛΘΟΝ 12^{b} 25, cum sit ubique προς|ήνεγκε προς|ήνεγκαν etc. velut 7^{b} 14 21 19^{b} 13 38^{b} 15 al.; magis vero memorabile elisionem inter bina vocabula constanter neglectam esse: ΜΕΤ⁻|ΑΥΤΟΝ 4^{a} 2 59^{a} 1 cf. 63^{b} 24 64^{a} 7 ΕΠ⁻|ΑΥΤΟ 24^{b} 27 cf. 29^{a} 16 54^{b} 23 66^{b} 23 ΑΠ⁻|ΑΥΤΩΝ 44^{b} 4 57^{a} 14 ΕΦ⁻|Ο 45^{b} 13 cf. 48^{a} 25 60^{b} 23 62^{a} 2 ΠΑΡ|ΥΜΙΝ 11^{a} 23; idem fere in negationis particulam cadit: ΟΥΚ|ΕΙCΕΛΕΥCΕΤΑΙ 48^{a} 12 cf. 42^{a} 19 43^{a} 16 66^{a} 13 (verum ΟΥ|ΚΕΔΥΝΑΤΟ 17^{b} 18) ΟΥΧ' | ΥΠΕΡΕΙΔΟΝ 64^{b} 12 (sed ΟΥ|ΧΟΥΤΩC 10^{a} 15 cf. 12^{a} 18). Praevalet divisio Ÿ|ΪΟC Ÿ|ΪΟΙ etc., vitium deprehendi Ἄδ|ας 18^{a} 4.

Liber palimps. anon. in Parmenidem commentarii s. V (editus a Krollio MRh. 47 598—627): |cτ 1 16 5 9 33 8 19 13 13 sed ἀφώτις|τον 6 1 |cθ 2 8 8 11 25 |cβ 8 2 |cκ 5 7; ὕ|παρξιν 14 15 cf. 18 μέ|τεστιν 7 34 cf. 11 9 12 9 κα|τ' αὐτόν 10 33 cf. 1 3 οὐ|δ' ἀ- 13 24 ἀλ|λ' οὐ 13 18 cf. 21; οὐ|χ ὅ 10 21; quam plurima proximo versui mandata: ἐ|νεργείας 1 33 ἐ|νεργεῖν 10 25 ἐ|νέργεια 14 15; εἰ|c τό 14 19 ⟨ωC|CΑΓΝΟ . . . 5 17 ὡς | ἐ ἂν εἰ 3 8

Demosthenis †Σ (s. X): constanter dividitur |cτ |cθ |cκ |cχ |cβ |cμ, habita tamen ratione vocabuli originis: προς|θῆι ὥς|περ ὥς|τε. Non solum in scribendo ἐ|ξεληλυθότι ἐπα|νορθοῦντας πα|ροῦσαν ἀ|πεύχεσθαι ἀ|φιστάναι κα|θιστᾶσι, sed etiam in his: προ|σέχειν προ|σῆκεν συ|νευποροῦντας συ|νόντας sibi constitit librarius. Saepe recurrunt ἀλ|λ' πα|ρ' κα|θ' οὐ|κ ἐστίν οὐ|χ ὅπως sim.

cod. Gotting. phil. †66 (s. X, inest Nicomachi introductio arithmetica; examinavi fol. 1—100): |cτ 12^{ies} |cθ 7^{ies} |cκ bis, verum c|χ semel. Nova ratio neque in superioribus saeculis a me reperta, quod littera μ in conexu binarum consonarum alterum locum tenente prior consona plerumque avellitur: c|μ 6^{ies} (|cμ semel) θ|μ sexies (|θμ 4er) γ|μ 4er (|γμ 1^{el}) τ|μ 1^{el} χ|μ 1^{el}. In elisionibus idem usus atque in Demosthenis Σ. Nec iam vitium sed aetatis consuetudo: ἔλα|ττον 50^{b} 74^{b} περι|ccῶν 45^{a} γε|νώμενοι 46^{b} πο|λλαπλάσιον 92^{a}.

cod. Colbert. †1219 (s. XI—XII; ex hoc edita Acta Apollonii Texte und Untersuchungen XV, unde mea exhausi): ἄχρη|στος 122 7 ἐ|cμέν 114 3; ἀν|θύπατε 114 1 cf. 116 9 κα|τεψηφίcαντο 124 17 πα|ρεῖναι 126 19 κα|θ' ἡμᾶc 112 16 124 16 με|θ' ἡμῶν 126 7; οὐ|κ 106 23; ἀλ|λ' 96 23 μέ|ταλ|λον 104 10 verum Ἀπο|λλώς 102 16 128 20 μᾶ|λλον 114 22 sicut Περέ|ννιε 116 19 Περέ|ννιος 118 5 cυ|γκλήτου 110 3 (cυγ|κλητικούς 110 4).[1]

Infimis saeculis iam laxior videtur fuisse usus, cuius rei testem advocavi Darmstadinum num. 2773 s. XIV—XV, qui e magistri Byzantini ut videtur manibus provenit (cf. Centralbl. f. d. Bibliotheksw. XIV [1897]

1) Lubet pauca addere. Epiphanii Ienensis (s. XIV) scripturam διαβα|λλόμενον ἀπαρα|λλάκτως ex more exhibet (cf. Dindorf III 1, xi). Ex imaginibus Wattenbachii Velsenique ope editis exscripsi ἡ|λλυρικοῦ (Leg. delect. s. XII) ἀ|λλήλων (ib.) πα|ρρησία ἀνα|γκαῖον (Chrysost. XIII) συ|μποτικά (Paul. Aeg. XIV) συ|λλογισμοῦ (Arist. Cat. XIV) ἐνε|γκεῖν (Orig. XIV).

Digitized by Google

537—571); fol. 264ª—280ᵇ (= Platonis Cratylus) legitur: οὐκ | ἀλλά 265ᵇ οὐκ | ἄν 278ᵇ ἐξ | ὧν 280ᵇ οὐδ' | ἀναθρεῖ 268ª παντ' | αὖθις 276ᵇ ἆρ' | οὐ 265ᵇ ἀλλ' | ὀρθότητα 264ª, contra κα|τόπτρω 273ª προ|ειρῆσθαι 275ᵇ. Haec plane cum Sarraviano codice supra memorato conspirant. Inter cetera graviora sunt: προσενε|γκεῖν 278ᵇ ἀνα|γκαῖα 279ª γρά|μματα 280ª συ|λλαβαῖς 276ᵇ.

Hic usus iam non multum differt ab eo, quem in libris impressis inde a primis temporibus invenies: elisiones fere negleguntur, voculae ἐξ οὐκ οὐχ intactae manent. Solus Lachmann in editione Novi Testamenti scripturas ἀλ|λ' ἡ κα|θ' ἥν sim. revocavit, qui mos apud Italos etiam hodie tenetur.[1])

Tantam cum in hac re a veteribus scribis diligentiam adhibitam esse reputemus, non miramur quod etiam grammatici studia sua huc collocaverunt. Et servavit Sextus Empiricus 638 17 Bekk. duas quaestiones, quae huc spectant: ἐπειδὰν διαπορῶμεν περὶ τῆς ὄβριμος λέξεως, πότερόν ποτε τὸ β τῆς δευτέρας ἐστὶ συλλαβῆς ἀρχὴ ἢ τῆς προηγουμένης πέρας, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀριστίων ὀνόματος ποῦ τακτέον τὸ c. In his grammaticorum litibus quid evicerit Sextus non dicit, possumus tamen de sibilantis loco quaedam aliunde eruere. Quam multum enim olim scripturae recte in versus dirimendae tributum sit non ipsi solum librarii docent, verum etiam qui correctoris munere funguntur. Cf. e VH: ЄĊ|ᶜTIN c 2 3 29 8 31 34 37 37 38 24 CYΛΛOΓIĊ|ᶜMOYC fr. 2 12 col. 36 35 Π]ΑĊ|ᶜΚΕΙ 10 7[2]) ЄΠЄΛΑΧIĊ|ᶜTON 36 12 ЄĊ|CΧΑ[Τ]ΩΤΑΤΩΝ †β 6 33 ΠΡΟCΥΠΟΜΝΗ-[C|ᶜΘЄΝΤΟC *ορ 3 16. Quae correcturae illustrantur eis, quae de ορ Iatr EOe supra monui (eodem modo c|τ etc. dividitur in *Π *θ *θᾱ *θδ *ευ ρ libr. *γ; Hyperidis scriba pessimus is cui volumen A[3] debemus c|τ c|κ etc. scribere solet, cf. Blass[3] XVII) quaeque de papyris BU affirmavi. Etiam alia suppetunt. In LXX codicis Vaticani (IV) corrector (VIII?) pro ἐξως|μένους Hesek. 19 8 restituit ἐξω|σμένους, pro σεις|μοῦ πρες|βυτέρων 3 13 7 26 σει|σμοῦ πρε|σβυτέρων etc.[3]) Sarraviani (IV—V; cf. Tisch. Mon. sacra ined. III) corrector C (V) ΑΠΟC'|ΤΕΛΩ in ΑΠΟ|-CΤΕΛΩ mutavit fol. 238ª 7.[4]) Longini codicem Parisinum s. X (cf. Vah-

---

1) De prisco Latinorum usu non multa adhuc monita sunt. Plura dixit Studemund, cum Gai codicis rationes exponeret (Gai institutiones Lipsiae 1874 XXIII—XXV). Sunt ex his quae cum Graecis apte coniungantur, velut e|x edibus 194 23 e|x emptione 162 21 a|d eos 51 16 e|t is 26 14 su|biciatur 178 14. Dividendum esse aru|spex sed abs|temius inter grammaticae institutionis praecepta affert Quintil. I 7 9.

2) Sic no; falso igitur BKeil Herm. XIX 610 adn. 2 Gomperzio vitio vertit, quod πάσ|χει non receperit.

3) Idem συν|ελήμφθη Hesek. 19 8 in συ|νελ-, εἰς|αγαγεῖν 20 42 in εἰ|σα-, εἰς|άξω 20 37 in εἰ|σά-, ὑπερ|ασπισμόν θρῆνοι 3 65 in ὑπε|ρασπισμόν correxit; rursus προ|στάγμασιν scripsit 20 21, ubi exstiterat προ|στά-. Atque ἐ|ν ἐκείνῃ Deut. 31 22 ἐ|κ τῶν 2 Reg. 13 5 in ἐν| ἐκ. ἐκ|τῶν mutavit (sed cur pro ἐκ|λεκτόν Deut. 12 11 dederit ἐκλεκ|τόν equidem nescio). Servare studuit diphthongum υι ita ut pro υ|ἱέ 2 3 33 7 υ|ἱούς 21 28 46 18 ἑαλωκυ|ίας Hesai. 30 13 reponeret υἱ|έ υἱ|ούς ἑαλωκυ|ίας; similiter η|ὔξησεν Ios. 4 14 in ηὔ|ξησεν abiit. Ex υ|ἱέ Hesek. 28 12 factum |υἱέ neque toleratum οὐκ | ἐπορεύθη 3 Reg. 16 28.

4) 243ᵇ 1 pro σὺ|ν ἑταίρῳ maluit corr. B (V) σὺν | ἑτ-, ab eodem ὡ|ς εἰς

Digitized by Google

len VII) lector usurpavit in his minutiis diligentissimus. Sibilantem proximo versui magis convenire ratus haec corrigenda esse putavit: ἐκομίς|θη 64 8 Vahl. συντετειχισ|μένα 23 5 κεκερασ|μένην 507 ὡπλισ|μένους 58 27 γινώσ|κειν 23 12 ἀναγινώσ|κων 54 10 καταισ|χύναςα 66 1.[1]) Itaque et primo et undecimo p. C. saeculo litteram c una cum insequenti consona procedere rectius est habitum.[2])

Cum tota illa quaestione arte cohaeret quod mediis verbis, ubi plures se excipiunt consonae, inde a s. III p. C.[3]) haud raro apostrophus ad secernendas syllabas addita est. Primi testes papyri existunt: τοῦ πιγ'γατιάρχου BU 634 2 (III[i]) Σουβατ'τιανοῦ 485 6 (201) Ἀπέγ'χεως et sim. 392 I 15 17 18 (207) ὑπουρ'γοῦσι χαλκουρ'γῷ ἀητ'τήτων ἐγ'γύου 362 VIII 6 X 17 XI 17 XII 4 (215) Λογ'γείνου 534 2 (216) Ἀπύγ'χις 658 II 11 (229) Παγ'κρᾶ 572 14 (III[i]) Τιτ'κώεως 556 I 10 (III) σακ'κοφόρω 286 5 (306) ΑΓΓΙΟΝ CYΓΓΕΝΗC PMB 94 319 100 116 (mag. III) Φοιβάμ'μων(ος) BU 364 (553) MAN'NOYC G II 134 3 (535) πιτ'τακ[ί]ου ἀρ'γυρικῶν 141 25 147 3 (VI) πέμπ'του οὐγ'κίων PMB 203 89 92 (VI) al. Accedunt vetustissimi codices: ἠρ'μένον NT cod. Bezae Cantabrigensis s. VI fol. 20 1 ἀπερίτ'μητος (sic) Sarravianus s. IV—V fol. 64[a] 13 ἀποπεμ'πέτωσαν Gen. 41 34 E (s. IX). Sinaitici corrector B. s. V—VI hamulos apposuit in hisce: ἄλ'λης μέλ'λει προσήνεγ'καν (cf. Tisch. Nov. Test. Sin. IV XXIII). In Iosepho V 148 εκ'πλιξεις (h. e. ἔκπληξις) praebet P s. IX—X.

Multo etiam magis huc referenda scriptura tachygraphica, cuius pauca in papyris plura in codicibus exstant monumenta. Eiusmodi codicem s. X—XI Michael Gitlbauer (Die Überreste griechischer Tachygraphie im codex Vaticanus Graecus 1809, Wien. Denkschr. 1878) dilucide descripsit. Ibi in hunc modum compendia scribendi videmus adhibita: ἐ φ' ἡ μῖν, ἐ νέρ γει αν, κα τορ θοῖς, ἐ ξ'έ νός, κα θ'ἡ μᾶς, οὐ κῖ λθον, οὐ χὸ, οὐ

247[a] 20 in ὡς | εἶς correctum; ΔΕϹ|CMῶ 247[a] 15 ad ipsum librarium redeat. Ex aliis LXX libris affero Marechalianum Q s. VI, cuius corrector (utitur litteris uncialibus) προς|άγοντες Malach. 3 3 συγ|καθυφασμένα Hesai. 3 23 in προ|σά- συ|γκαmutavit. Codicis Veneti V s. VIII—IX corrector (tempus non indicatur, sed ex eo quod accentuum usum ignorat s. IX—X eum adscribo) cum reperisset συν|αναστροφῆς συν|αναστροφήν προς|όδους 3 Macc. 2 33 3 5 16, rescripsit συ|να- προ|σό-. Sed ἐ|ν οἷς 2 4 in ἐν | οἷς mutavit. Contrarium in modum Sinaitici corrector C[a] s. VI—VII (Tischend. Nov. Test. Sinait. Lipsiae 1863) pro μά|στιγας ἐ|στέ ἔ|σχατα 19[b] 6 25[b] 11 127[a] 17 legi voluit μάς|τιγας ἐς|τέ ἔς|χατα. Eidem displicuit προ|σήνεγκε 19[a] 5, quem admodum rudem fuisse ex eo colligi potest, quod pro μηδεὶς 86[a] 24 intulit μητεὶς vel quod εἴσους εἶσαι 12[a] 3 28[a] 1 corrigere coepit pro ἴσους ἴσαι.

1) Praeterea πράγ|μασι 66 22 ῥυθ|μοῦ 63 5 θαμ'|ἀγειρόμενοι 42 18 τοσαῦτ' | ἀκούσας 29 5 ὁπότ' | ἐν 48 11, contra pro ἐ|ν ἅπασιν 55 8 ἐ|ν οἷς 67 9 restituit ἐν | ἅπασιν ἐν | οἷς. Ad ipsum librarium recedunt Αἰ*|σχύλω 29 25 αἴσχι*|στ' 39 12, ἰ|σχύοιμεν Δημο|σθενικοῦ ex ἰϲ|χ- Δημος|θ- correcta 2 5 25 3.

2) Fortasse in controversia illa a Sexto Empirico memorata ab altera Herodiani disciplina stabat parte. Quaesivit Herodianus in libro περὶ συντάξεως τῶν στοιχείων, quem ex fragmentis restituere conatus est Lentz II 1, 393 sqq., quaenam consonae una possent syllaba pronuntiari necne (ἐν συλλήψει, ἐν διαστάσει). Hac in quaestione litteram c ubique cum sequenti consona coniungendam statuit, sed dirimendam esse in vocibus compositis προσφέρω εἰσβολή al.

3) cf. U Wilcken, Observationes ad hist. Aeg. prov. rom. diss. Berolin. 1885 p. 58 sq.

Digitized by Google

κ'εἰ cì, σὺ χε τέ ραν; c dividitur: δι δάc κειc, εἰ ρειc θω, μεμ φεc θαι, ὠ νο μαc μέ νων, φαc μα τω θέν τα; solum in cτ duplex ratio: γε λαc τι κόν, cυν εc τῶ τοc, ἐc τί, χρε με τιc τι κόν, rursus πι cτῶ cιν, πι cτευ ο μέ νουc, χρι cτι α νῶν, ἐ πι cτή μηc.

Haec latius sum persecutus propterea quod si hodiernorum libros circumspectas aut nihil de illa re traditum est aut locis remotioribus, neque me deterruit qui plurimum mihi versandus erat Philodemus ρ I 250 2: περὶ τῶν μεγαλείων δοξάζειν κρεῖττον ἢ περὶ τῶν μικρῶν καὶ μηδενὸc ἀξίων ἀκριβῶc. Et parva quidem quantum fieri licuit diligenter exposuisse non pudet, nihili factum iri vix spero. Sed iam ad graviora accingendum. Antequam vero de vocalium usu exponam, praemittenda videntur quae praesto sunt de consuetudine quadam veterum in VH retenta. Auctore Meisterhansio[2] 16 in titulis Atticis littera ε vices subiit diphthongi ει ut vocatur adulterinae usque ad a. 334 a. C. Hunc usum in libris VH latius vagatum esse affirmare haud auderem, nisi copia testium urgeret; accedit quod quae quidem inveni exempla infinitivi sunt. Sed iam singula perlustranda:

ρ libr. †α οὐκ ἔχεν IV[2] $\frac{90\ 3}{187}$ ὁμολογέν $\frac{92\ 13}{189}$, †β διαμένεν I 246 6 (n) πείθεν 269 36 (no) ἀρέ]cκεν 242 17 (n; ?) εἰcεν[ε]γκέν 362 14 (n) προcήκεν (inf.) 369 9 (n) πρ[ο]αιρέcθαι VII[2] $\frac{2\ 7}{44}$, *γ Λ]ΕΓΕΝ I 165 6 (n; sane etiam ΠΟΗΤΑC 165 22 ΜΑΤΑΟΝ 180 13), *δ μανθάνεν I 85 17 (no; μανθά[ν]ειν ib. libr. β) πιcτεύεν 96 27 (Η....ΥΕΝ n, ΗΙΠΠΕΥΕΝ o; in altero codice πιcτ[ε]ύε[ιν) λέγεν 141 19 (o) ποιέν II 233 23 (n) δ]οκέν 258 15 (no; δοκεῖν ib. libr. α); *μ ἔχεν 62 3 (n) θεωρέν 67 40 (n); *ευ εἰπέν 97 18 (n) καλέν 134 12 (n); *c δει[κνύ]εν 4 11 (no) ὑπάρ[χ]εν 13 17 (no); †οι ἀναλίcκεν 25 23 (no); π libr. †β οἰκοδομέν X[2] $\frac{2\ 6}{2}$ ἐμφαίνεν IV[2] $\frac{41\ 23}{149}$, *γ ἀποτελέcθα⟨ι⟩ XI[2] $\frac{7\ 4}{160}$ (no; quod legitur ψυχαγωγέν $\frac{9\ 5}{162}$ κεινέν $\frac{9\ 16}{162}$ nil valet collato o, est enim lacuna inter ε et ν); ἐνε[γ]κέν †πα fr. 36 12 (n) ἰcχύεν *θδ 148 5 (n) προαιρέν †φ 3 8 (ΠΡΟΑΙ.ΕΝ n, ΠΡΟΑΙΡΕΝ o) διαβάλλεν τὴν ὄψιν Φ p. *1012 O III $\frac{23\ 7}{575}$ οἰκοδομέν †φιλαργ VII[2] $\frac{8\ 5}{131}$ ποιέν πλ? p. 1025 X[2] $\frac{19\ 13}{130}$ ΚΡΙΝΕΝ a p. 807 X[2] $\frac{13\ 12}{54}$ κινέcθαι Ε p. 1056 X[1] 5 3. Procul habenda ποιέν πα fr. 77 6 διδάcκεν μ 96 31 εὑρέν π VI[2] $\frac{31\ 16}{180}$, ubi spatium quamvis parvum inter duas extremas litteras apparet, neque adsumendum ἐπαινέ|cθαι ρ II 148 10; θδ 114 4 λ]αβεῖν refert o, λ]αβέν n. Saepius ἔναι exaratum esse videtur: ΕΝΑΙ legit in ipsa papyro Sudhaus ρ I †380 16,

Digitized by Google

ЄΝΑС pro εἶναι traditur †π X² $\frac{3\,10}{184}$, ЄΝΑΙ 5^ies exstat (bis·in ρ libr. *δ VIII² $\frac{3\,4}{55}$ IX² $\frac{5\,6}{57}$, bis in *μ VII² $\frac{3\,9}{186}$ IX² $\frac{6\,6}{68}$, Iatr. 7 8), dubia sunt ἔν[αι ρ I †283 13 (o) ἔ|ναι *μ 79 17. Auget eorum quae apposui auctoritatem, quod ceterum perraro in apographis ε pro ει scriptum apparet, nusquam quod video in utroque. Contra exigua sunt testimonia, si num forte -ιν pro -ειν in infinitivo positum sit inquiras: ΑΡЄСКΙΝ *ομ 5 2 ΖΗΤΙΝ *μ 11 10 ЄΙΠΠΙΝ Ειᾱ II¹ fr. 6 2 ΥΜ[ΝΟΛ]ΟΓΙΝ *θ 17 4 ЄΙΠΤΙΝ *ρ I 216 1 (o); in Μ[ΑΝΘΑ]ΝΗΝ II †14 17 no errore consentire videntur.

Iam ceterae papyri percurrendae videntur. ϲυντελέϲθαι M II †43 12 (258—253) ὧν ἠργολάβηκεν προϲάξεν †II 81 6 6 (ca. 260ª) ЄΠΙϹΤЄΛΑϹ *145 22 (250ª) ὥϲπερ ἱππές (= ἱππεῖϲ) μαχέϲθαι Lachetis pap. 172 2 (IIIª scripta) fortasse etiam δ [ἐν] τῶι τρέχε⟨ν⟩ τυγχάν[ει 174 20; προϲαγγέλλεν... PLou 64 22 (164—160; incertum videtur sicut ἀποκτέναι 11 verso 2 157ª) ἐξεληφότα M II *150ᵇ 2 (200ª) ἐλλείπεν PLou 1 70 (IIª·ᶠ); ἄρχειν ΔЄΝ Arist. pol. 57 19 Bl² ϲυντελέϲθαι PLu *X 3 33 (III—IV); quod est BU *27 3 εὔχομαί ϲε ὑγιένεν (IIᵖ in pap. pessime confecta) melius omittitur. Agmen claudunt *pap. Philonis s. VI (cf. Mémoires de la mission arch. franc. au Caire IX 1892) 181 3 λέγει] ΛЄΓЄ 6 μηνύει] ΜΗΝΥЄ 184 9 ἀλλ' ἔδει γάρ] ΑΛΛЄΔЄΓΑΡ 185 25 ἐγχειρέν, deinde I 245 2 Cohn ἀπεικάζει θρεμμάτων] ΑΠЄΙΚΑΖЄΘΡЄΜΜΑΤΩΝ et †pap. ev. Petri 9 2 s. V (in eodem volumine edita) ἃ εἰώθεϲαν ποιέν. Quamquam rarius in his exemplis genuina diphthongus ει abbreviata apparet, tamen vix inde effici posse fateor, ut vestigia prisci Atticorum usus apud Aegyptos propagata esse iure statuamus; melius adhibentur qui hinc inde ab Aegyptorum consuetudine in papyris servata abhorrent sacrorum librorum antiquissimi codices, unde breviores infinitivi formas etiam posteris temporibus notas fuisse discimus. LXX Vaticanus (s. IV) scribit εἰπέν 1 Paral. 21 18 (ib. 31 2 βαδιέται), Sinaiticus (s. IVᵐ) ἐξελθέν Ps. 80 6 ἐξερέϲθαι pro ἐξαιρεῖϲθαι Jerem. 1 19 (ἀπολέϲθε ib. 34 12), Alexandrinus (s. V) διαφθείρεν 1 Reg. 23 10 ЄΚΚΛΕΙΝЄΝ Reg. 2 21 ἐπικέϲθαι pro ἐπικεῖϲθε Iob 19 3 ἀντειπέν Iob 32 1 ἀνενεγκέν 1 Paral. 15 14 ἐξαιρέϲθαι Jerem. 1 17 ἔναι 4 Macc. 4 7, Psalterium Veronense (s. VI) εἰπέν Ps. 51 2, Psalterium Turicense (s. VI) ἐξαγαγέν Ps. 103 14, Venetus (s. VIII—IX) ἐπίϲτου ἅμα πλουτιεῖν καὶ μακαριϲτὸν ποιήϲεν 2 Macc. 7 24 ἀποκριθέντα δὲ τὸν Ὀνία εἰπέν· ὁ φιλάδελφοϲ οὗτοϲ etc. 15 14. Ab altera parte NT Claramontanus (s. VI) praebet ἀναζωοπυρέν fol. 433 5 ed. Tisch. εἰδέν (pro ἰδεῖν) 382 3 ἔναι 458 14 ὡϲ ἔποϲ εἰπέν 493 2, Ephraemi Syri codex (s. V) ЄΧЄΝ Mt. 14 4 ΩϹЄΠΟϹЄΙΠΤЄΝ Hbr. 7 7 (verum etiam ΜЄΜЄΙϹΘΑΙ fol. 278 1 ed. Tisch.), codex Bezae (s. VI) εἰϲενεγκέν Lc. 5 15 (ποίει] ΠΟΙЄ Io. 14 11 ἐποίει] ЄΠΟΙЄ Lc. 7 22; his scripturis non multum tribuerim quia librarius etiam ει pro longo ι positum littera ε expressit, cf. ΥΜЄΝ

Digitized by Google

Lc. 14 25 ΜΕΚΡΟΤΕΡΟC 9 48 ΤΕΧΝΕΤΑΙC Act. 19 25), de Laudiensi denique (s. VIII) haec protulit Tischendorf (Mon. sacra ined. Lips. 1846 praef. 18): „εν pro ειν, saepe, ut in ιςχυεν 18 r 1 ειπεν 18 v 2 ονιδιζεν 24 v 2."

Haec clarius credo totam rem indicant. Et fortasse scintilla quaedam usque ad minusculae scripturae tempora remansit. εναι[1]) scriptum in Damascii Veneto I 321 3 Ruelle (s. IX—X) κατάλιπεν (sic) Catenae in St. Matth. et Marc. ed. Cramer codex (s. XI) 169 7, idem (Catena in Act. Ap. 20 31 Cram.) ἡνίκα δεῖ εἶπεν (sic) λόγον; λέγεν Philop. in Ar. de gen. et corr. 17 11 GT. Possem plura adferre, nisi periculum esset ne vana persequerer. In libris latinis inveni ΜΑΛΛΑCΕΝ(!) Varro LL VI 96 (ib. ΑΜΕΛΓΗΝ, CΤΡΟΝΥΙΝ) ΕΧΕΝ Gell. IV 11 9, quae tamen perinde ac ΦΙΛΕCΘΑΙ in excerptorum Macrobii Parisiensium codice s. XI (GL IV 623 13) memoriae potius quam auctori tribuerim.

Omnis de vocalium atque consonarum in graeca lingua mutatione disputatio praeter ea, quae potius inter formandi discrepantias memoranda sunt, cum duas in partes dividi possit, quarum altera quidquid a pronuntiatione ortum altera quidquid ad grammaticas magis rationes redit complectitur (quamquam non ubique hos fines bene servari posse haud ignoro), a vocalium variis fatis inter loquendum exortis capiam initium. Qua in re longe maximum spatium quae cum iotacismo cohaerent sibi poscere nihil mirum; quae alio spectant antea exponam.

In papyris Neapolitanis ne pessimi quidem librarii discrimina inter ε et η sustulerunt — nam διάθεμα et alia huiusmodi huc non cadunt —, id quod eo gravius est, quod in papyris volgaribus vel altero a. C. saeculo ab Aegyptiis ineruditis illas litteras haud raro mutuo adhiberi PKretschmer exposuit in commentatione: Der Übergang von der musikalischen zur expiratorischen Betonung im Griechischen, KZ. 1890 565—591. Neque aliter res se habet de litteris ο et ω, in quorum apud Aegyptios usu idem vitium eadem aetate commissum[2]) statuit Kretschmer l. l. Nam ΔΙΑ ΤΩΝ ΝΩΗCΕΩΝ *θδ 178 39 in papyro revera exstare licet affirmante Scottio nisi oculatus testis non credo, GCasanovae quem parum in describendo curae adhibuisse alias demonstrabo non papyri culpa fuerit, si legitur ΙΔΙΟΤΩΝ ρ I 344 15 345 10 ΑΓΝΩΟΥΝΤΕC 347 7[3]) ΗΤΤΟΝ[ΤΑΙ 10 ΓΕΟΜΗΤΡΙΑΝ ΚΟΜΩΔΙΑ ρ II 280 fr. 3. Quod est κ I² 9, 7 28 ΚΛ·ΜΩΡΥΧ·Ν, ubi κα[ὶ] Μόρυχ[ο]ν subesse statim suspiceris, inspectis

1) ΕΝ addito compendio exstat etiam in cod. palimps. s. V anon. comm. in Plat. Parmenid. col. 12 35 (MRh 47) quamquam ibidem ΕΚΕΝΟ 11 34 ΕΚΑΝΙCΜΑ (pro εἰκόνισμα) 10 28.

2) οἰκωνόμου RL 50 22 (258ᵃ); de DPM cf. p. 819.

3) Apud Byzantinos demum hoc vitium ferendum est; sic ut unum e multis libris persequar, ἀγνωεῖν sim. legi in actis Theodosii ab Usenero editis (cod. Laur. 11 9 s. XI) 6 9 11 6 17 21 29 16 33 21 61 5.

Digitized by Google

tabulis Oxoniensibus in ὀφ[θ]αλμώρυχον abit.[1]) Contra scribae Iatr. natione Aegyptii incuria sibi permisit Κρωτωνιάτης 11 22 18 9 πολυτροφότεροι 31 18; pro ΚΥΡΙΩϹ 14 41 κύριος scribi vult Diels, quem velim consulas. Verum quod saepe conspicitur πώρρω non librarii lapsus, sed temporis usus est. De VH quae res sit pluribus exsequendum. πόρ[ρω ρ I †63 33 πόρρωθεν *131 14 πόρ[ρω]θεμ Ε†κη̄ 11 5 πορρωτέρα *ap 1013 Scott Herculanensia 307 7 — πώρρω *θδ 173 14 176 8 *Iatr 16 40 21 24 30 44 πώρρωθεν †αι 294 1 ρ I †150 17 II †6 12 †πα fr. 31 2 πωρρωτέρωι Φ†εβ̄ OV 1055, 24 5 πωρρώτερον *θ 27 10 πωρρ[ωτ]άτω *θδ 170 1.

Magis ergo in usu fuit forma producta vocali insignis, quam inter grammaticos servavit Herodiani Philetaerus 437 Piers.: πόρρω καὶ πώρρω ἀμφοτέρως. Hic locus quod ab editoribus tunc temporis, ubi alia huius formae testimonia non suppetebant, coniectura temptatus est nemo vituperabit, nunc vero etiam alia accedunt. De lapidum usu duo tantum mihi praesto sunt testes: πωρρωτ[έρω Inscr. Pergam. I 245 A 7 („die Urkunde ... gehört noch in die Königszeit" Fraenkel pg. 145) et πόρρωι CIG III 4957 48 (68^{p} ex Aegypto). Papyrorum corpora illam vocem forsan iam oblitteratam non servarunt, πόρρω legitur in scholiis in Epicharmum tabulae ligneae mandatis MER V 2 et in libris Macrobii Sat. IV 18 12. Ubique brevis est vocalis in Novi Testamenti codicibus: πόρρω Mt 15 8 Mc 7 6 Lc 14 32 (sic *papyrus Henoch (s. VI) 1 2 22 4) πορρωτέρω Lc 24 28 πόρρωθεν Lc 17 12 Hbr 11 13, sed in LXX retinuit πώρρω Vaticanus (s. IV) 2 Paralip. 26 15. Codices recentiores nonnisi in πόρρω consentire vix est quod moneam, πώρω Pausan. VIII 54 1 in libro parum accurate scripto V^{b} vix in iudicium vocare ausim.[2])

De vicissitudine inter ι et υ disserenti maxime cum eo vocabulo res est, quo Graeci latinum illud „librum" notarunt. Iam singula volumina excutiamus. βύβλος βυβλίον *ευ 113 5 †πλ 1 1 et O I 121, 31 8 ai ρ I *101 8 †155 2 †πτ 3 16 4 14 5 9 6 14 7 11 11 16 17 2

---

1) Item reicienda ΕΥΒΩΥΛΟΥ Ακ O IV 720, 3 20 ΚΟ[Λ]ΩΤΗΝ πα fr. 9 6. Verum τῆς ἐπ' αὐτοφόρου κολακείας †κ I^{2} 3, 2 17 (n et duo apogr. Oxoniensia) iam tum temporis a librariis commissum esse demonstrare videtur, quod multis codicibus se insinuavit: πράξεως αὐτοφόρου Diod. II 28 libri, αὐτοφόρους Thuc. 6 38 AF, ἐπ' αὐτοφόρῳ Ioseph. A 15 48 PVF (κατάφορον 2 51 RO 14 393 PL φορα-θῆναι 15 26 P) idem Hesychii codex s. v. ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐπαυτοφάδες ἐπεφάνη. De forma ἐνδωτέρην infra agam.

2) Operae pretium est de littera ρ post vocalem ω geminata nonnulla exponere. Repperi Ὥρρου in titulo Aegyptio aet. Ptol. (W Schwarz, Die Inschriften des Wüstentempels von Redesiye F. J. 1896 145 sqq. tit. 29), Δώρρου M II praef. 33 (III^{a}), ὅπως ἐπιστολήν τινα ἣν col ἀπέστειλα ἀποστείλης Ῥώιρρωι· II 78 8 (ca. 250^{a}; cf. Hesych. ῥωρός· σφοδρός. An aliud latet?). Denique in codice Polybii A constanter scribi πρώῤῥα et ἀντίπρωῤῥος testis est Hultsch F. J. 1867 311, πρώρρην tradit Herodoti C I 194, πρώρραν G$^{1\,2}$ in Heronis geometria 193 9 Hultsch. — Quod est PMB 117 14 (mag. s. IV) τῆς πλώρης, cum hodierno Graecorum usu conferendum (v. Hatzid., Einl. 86), cum similia etiam in codicibus sint: πλώρης Sinaiticus IV fol. 117 19 Tisch., πλῶραι Diod. 17 111 F, Εὔανδρος ὁ πλωρεύς AP XI 332 1.

Digitized by Google

*πρ 15 6 (ο) θ? *X² 50, 9 27 55, 19 16 π †IV² 139, 31 9 Φ? p. †862 Scott Herculanensia 316 6 319 3 320 15 Φ? p. *1012 VII² 10, 9 20 Φ p. †300 I² 94, 2 8 106, 14 2 a p. *807 X² 50, 9 27 55, 14 16 a p. †1044 O IV 824, 83 2 †Ακ 19 15 (ο) *Στ 3 5 *Iatr. 11 33, βυβλείδιον Φ? p. *1012 21, 27 2 a p. *1013 Scott Herc. 308 8, βυβλιακοῖς *ορ 45 17, βυβλιοθῆκαι φ 13 20 — βιβλίον *Στ 11 1 (ut vid.) ρ I †360 7 βίβλωι II †207 8 Ε†ῑα II¹ 13 7 βιβλίωι *μ 23 6.

Ex titulis, de quibus conferendi GMeyer GG³ 153 et Meisterhans² 22, accedat βυβλία test. Epict. H 32 ἐν βυβλίωι BCH I 384 (Lacedaemone III—II) βιβλία DS 388 13 (Andaniae 91ᵃ) βυ[β]λιοθηκῶ[ν BCH III 259 (Syr. i). Formas huius vocis in papyris aet. Ptol. perraro invenies: τὰ βυβλία M II 26 9 (ca. 230ᵃ), sed inde a primo p. C. saeculo magna testium adest copia, quibus unice βίβλος βιβλίον βιβλιοθήκη βιβλιοφύλαξ probantur[1]), si omittitur βυβλίων G II *68 21 (46ᵖ).

Plura de libris apponam pedestris orationis.[2]) Ex Herodoti codicibus (ABCPR) Steinio in editione maiore praebuerunt βυβλίον ABC I 123 124 125 (bis) II 100 ac solus R III 40 43, quam scripturam iure praetulit Schanz cum Platonis editionem pararet (cf. vol. VII VI sq.) maiore codicum auctoritate ductus; βυβλιδίωι Demosth. 56 1 servavit Σ. Apud Aeneam Tacticum βίβλος (-ίον) reperitur 13 8 14 7 21 1 26 12 40 19 67 11 17 72 6 73 7 75 10 87 10 Hug, at βύβλος (-ίον) 65 14 66 1 13 15 17. Nullum tamen vocalis υ vestigium in Aristotelis memoria apparere videtur, rursum in Polybio uterque deprehenditur scribendi modus; de forma βύβλος saepius tradita cf. Hultsch I² XXXXII. Hipparchus βιβλίον scripsisse videtur, si libris fides (cf. 8 16 24 13 19 37 7 Man.), eundem in modum Apollonius Citiensis (1 20 6 6 9 28 10 11 Schoene). Diodori codicem P (s. X—XI) utrumque referentem ut ducem sequitur Vogel (cf. III XVI), in Dionysii Halicarnassensis scriptis minoribus codicis primarii P plerumque ope adiutus (s. X) Usener ubique βυβλίον et sim. restituit. Inter mei delectus scriptores Geminus scribit βιβλίον 54ᵈ 61ᶜ, Agatharchides βιβλίοις 194 2 βιβλιδάριον 16, et similiter fere Strabo βίβλος βιβλίον βιβλιοθήκη (cf. 69 302 396 421 515 603 etc.), quod haud scio an librariis ex parte imputandum, nam βυβλία 609 epitome Palatina bis servavit.

Inde a primo p. C. saeculo eas formas, quas tum in volgari usu fuisse supra demonstravi, passim in scriptorum libris conspicimus. Sic

---

1) cf. e s. Iᵖ: βιβλιοφύλαξ BU 379 3 8 (67ᵖ) 112 3 (59ᵖ) βιβλιοθήκη 379 3 112 4. Ad librorum potius sicut saepe alias quam ad volgarium papyrorum normam aestimandae reliquiae superstitionis magicae: βίβλος solita est scriptura, sed βύβλος semel in Wesseli papp. a 1888 editis (βίβλος ibidem novies, cf. ind. verb.), βύβλω DA 170 8. Hic etiam sacris libris locus. Plane consentiunt cum papyris, nisi quod in LXX βυβλίων pro βιβλίων intulit 2 Paral. 25 26 Vaticani corrector primus et ipse Vaticani librarius scribit βύβλοις Dan. 9 2; βύβλος bis in NT tradidit codex Bezae Cantabrigensis s. VI (cf. Schmiedel § 5 16 adn. 35).

2) E poeticis adnotare lubet βυβλίου Herodas 3 90, ἀπὸ βύβλου in fr. epigrammatis (s. III—IIᵃ) M II 158 11, βύβλα AP IV 98 4 (Statyllius Flaccus), βυβλαρίων XI 78 2 (Lucillius). In latina lingua scriptura bybliotheca potior est, cf. Dittenberger Herm. VI 297, Dziatzko Realencycl. II 406 quem de tota quoque causa velim inspicias.

Digitized by Google

Philo solum βιβλίον agnoscit (βίβλοις etiam papyrus 180 20 Scheil), quemadmodum Iosephus (verum τὴν βύβλον V 365 PA in epistula Agrippae ad Iosephum data) Dio Chrysostomus Lucianus Artemidorus etc. Ubi βύβλος βυβλίον deprehenderis, studium antiquitatis vel usum veterum litterarum acrius retentum subesse statuas. Sic in Plutarcho haud raro littera υ apparet, e. c. βυβλία Cic. 24 A βυβλίον βυβλίου 49 AD βύβλους Numa 22 Sangermanensis, βυβλίδιον Alciphr. ep. I 34 1 libri (praeter Aw) quod retinendum erat Seilero, βυβλίων Hippolyti de antichristo H s. X (cf. I 2, 39 7 Achelis), βύβλος βυβλίον inter varias lectiones feruntur apud Philostratum 201 2 263 9 268 14 270 18 273 13 ed. Tur. In Harpocrationis onomastico βυβλίον a codice B (Vat. 1362) scribi solere memorat Bekker s. v. ἱερὰ ὁδός; in voce βίβλος a correctore ι pro υ illatum esse in codicem Appiani optimum V s. XI—XII testis est Mendelssohn ad vol. I 72 6. In Dosithei artis grammaticae codice est BYBΛIΩN VII 392 15 Keil. Et inter infimos Anonymi in Ar. soph. elen. paraphrasis exhibet βυβλίου 55 8 Hayd. (N) βυβλίον 60 15 65 13 (MN) et Simplic. in Ar. phys. 922 15 βυβλίον auctore F. In his vetustiorem formam utique tenendam esse eo maxime comprobatur, quod nusquam deteriorum codicum fide nititur, sicut etiam nulluni correctorem adhuc invenire potui, qui βύβλος pro βίβλος reponeret.[1])

Accedit aliud. Nam eorum qui ex Phoenicum urbe Byblo oriundi sunt ethnicum saepe per litteram ι scribitur; sic ut e multis pauca adferam, βίβλιος ἀνήρ legunt libri Aeliani v. h. 60 24 Herch., βίβλος schol. vet. Lycophr. 829, εἷς βίβλον τῆς κυρίας Aristidis apologiae 167 24 Harries W[1]MP (βύβλον W[2]). Inter Βιβλίς et Βυβλίς vaccillat Palatini in Parthenio (cf. 22 13 15 23 4 11 24 11 Sak.) et Antonino Liberali (cf. Martini ad pg. 109 12) memoria.[2])

Saepe in graeca lingua usu venit ut vocalis mutaretur propter vicinae syllabae sonum, unde etiam forma ἥμυσυ originem ducit; verum Philodemus scripsit ἥμισυ υ 13 21.

Hoc conspirat fere cum papyrorum inde a s. I p. C. conscriptarum consuetudine (sed ἥμυσυ BU 538 33 (100[p]) G II 76 13 (140[p]), mitto οἵμυσου MER II 33 18 (261[p])), cum in prioribus saeculis et ἥμισυ et ἥμυσυ invicem scribatur[3]); illud paulo saepius usurpat auctor libelli astronomici PLou 1 (II[af]). De titulis vid. Meist.[2] 22 et qui hunc in non-

---

1) Nam si quis premere velit quod Simplic. in Ar. phys. 1086 28 et alibi sola Aldina βύβλος praebeat, hoc officinae illius vitium esse discat, quam etiam in Philoponi in Ar. de gen. et corr. commentario hac forma constanter uti memorat Vitelli p. 2 32. Eadem officina pro ἀεί in verbis Aristotelis αἰεί rescripsit, id quod infra tangam.

2) De frutice unde nomen inditum libro paucula subscribo. ἡ βύβλος Strabonis DE 799 bis (βίβ- CF) sed 800 823 solus C βίβλος. Athen. XV 675[e] recte praebet τῆς βύβλου τῆς στεφανωτρίδος Epitome (βίβλου A), in Iosepho A 2 220 πλέγμα βίβλινον cum ROPM scribere maluit Niese (-βυβ- SLE Suid. Glycys), cum 246 ἐκ βίβλου in omnibus exstare libris vidisset. ζευγεῖδας βιβλίνας legitur BU †544 4 (II[p]).

3) velut ἥμυσυ in libellis *Ptolemaei Macedonis (de quo cf. Blass, Aussprache[3] 79) PMB 22 6 23 8 11 24 5 25 15 17 26 12 15 (161[a]).

Digitized by Google

nullis corrigit et auget BKeil Herm. XXV 603[1]), deinde GM[3] 154. Memorabile quod ille usus etiam in alias formas transiit: ἀναλώμασιν πᾶσιν ἡμυσίοις PAS III 204 (Pisid. i); huc non facit ut videtur μέρος ἡμύσους (l. ἥμισυ) κελλῶν PLou 17 17 (154[p]). ἥμυσυ semel ut variam lectionem in NT traditum esse dicit Schmiedel § 5 20[e] adn. 42, in LXX legitur Dan. 7 25 Vaticano auctore deinde in Sarraviano fol. 104[a] 22. Recentiores vero codices ne ullum quidem vestigium retinuerunt, in quibus si modo variatur, aut ἥμυσι legitur (velut Joseph. B 6 317 C; *pap. mathem. in vico Akhmim inventa s. VI—VII, de qua cf. Memoires de la mission arch. franc. au Caire IX 80, constanter ἥμυσι profert; ΗΜΥϹΙ Quintil. IX 4 56 A [ΗΜΑΥϹΙ G]) aut ἥμισι (e. g. Procop. bell. Goth. 1 21 2 29 *W).

Reliquum est ut moneam υ et οι nusquam inter sese in VH commutari, cuiusmodi vitiis scatent recentiores papyri[2]), nec desunt exempla in aevi Ptol. actis.[3])

Protinus de vocalium ε et αι societate disserendum, quas litteras in Aegypto communis vitae usus in papyris conspicuus iam altera a. C. saeculo permiscuit.[4]) In VH duobus tantum locis huiusmodi mendum editum est: ΕΠΕΝΕΤΗΝ (ΑΙ) *ομ 7 10, κέ ρ II *248 12 (ΚΕ ο, ΗϹ n). Non peccatur in *Iatr *EOe.

Iusta scriptura servatur in hisce: τοὺς ἀνέδην ὑπερηφανοῦντας †υ 16 27[5]), Ἀλκμ]εωνίδα *ευ 51 12[6]), πᾶσαν τὴν τοιαύτην γρυμέαν *ορ 31 24[7]), γεώδους γεωδεστέρου Iatr 32 9 40.[8])

---

1) Adde ἥμυσυ BCH XIV 391 441 (Deli 279[a]) et ἀσ(σ)άρι(ο)ν ἥμυσυ vel ἥμυ(συ) in Chiorum nummis s. I—II Imhof-Blumer Bayer. Ak. Abh. XVIII 658 659, cf. Head h. n. 514 Catal. Brit. Mus. Ionia 343.

2) de DPM cf. p. 820.

3) Quod dicit Tischendorf in recensione codicis Syri (praef. adn. 7): „non vidi οι pro ι, quemadmodum legitur Vol. Herc. I 28 9 ψοιλοῦ pro ψιλοῦ in Philodemi opere de musica" (cf. μ 97 9), cum per se vix credi possit (neque novi simile quid in tanta papyrorum multitudine), statim inspecta imagine cadit; fuit enim ΨΕΙΛΟΥ, sed altera littera paulum obtruncata est.

4) Hoc factum est vicies bis in *DPM s. III—IV, cf. p. 820.

5) ἀναίδην pro ἀνέδην codicum scribae cum propter vocalium artam viciniam tum origine potius ab ἀναιδής quam a verbo ἀνίημι ducta passim substituerunt (cf. Thes. Ling. Gr. I 2, 376[b]); de Atticis scriptoribus cf. Heindorf et Buttmann ad Plat. Gorg. 494[e], v. l. ad Dem. de cor. 11; ἀναίδην Polybii optimus A scribit II 5 6; quod Strabonem attinet, ἀνέδην exstat 206 in B (sed ε in litura; -ναίδ- A, -νείδ- C) 512 in CD[2] 801 in D[2] (-ναίδ- D[1]CEF), de vitiosa Diodori scribarum consuetudine cf. I XLIV Vog. Peior illa forma in posteriorum libris multo frequentius apparet, ut in Iosepho (cf. B 1 32 101 etc.) et in Clemente Alexandrino (cf. Protr. 43 13 Paed. 350 5 390 16 Strom. II 235 20 236 28 III 11 12 17 32 45 1 Dind.). Nec iam infimis scriptoribus veluti Leoni Diacono (cf. 19 14 ed. Bonn.) et Procopio depravatae vocis ἀναίδην usum negarim, cum Iosephi latina versio ἀνέδην (in Ap. 2 273) vocabulo „impudentem" reddat. Quamquam ἀναίδην περιΐπταται Laurentio Lydo relinquere non debuit Wachsmuth de ost. 14 13.

6) Inter formas Ἀλκμέων Ἀλκμαίων (Ἀλκμάων Ἀλκμάν) cum magna sit dissensio in libris scriptorum, quid pro certo possit haberi breviter exponam plerumque eos qui antehac de ea re egerunt secutus: 1) Ἀλκμᾱόνα M 394 cf. KB I 173.

Digitized by Google

Et in his quidem rebus papyri Neapolitanae itemque Iatricorum libellus sicuti consentaneum est a communi eloquendi vitio vel potius consuetudine immunes fere manserunt, cum in iisdem saepissime deprehendantur vitia ex itacismo oborta, ad quae nunc deflectit oratio. Hac autem in quaestione quadripartitum sequar ordinem;

---

2) Ἀλκμάν Laconum poeta. 3) Attici dixerunt Ἀλκμέων Ἀλκμεωνίδαι; adsunt quinque lapides s. IV—I cf. Meist.[2] 28 56, saepius in libris -μεων- servatum est, Ἀλκμεωνίδαι Rep. Ath. 27 19 Bl.[2] 4) Etiam Euripides fabellam suam nomine inscripsit Ἀλκμέων; namque Ἀλκμαίων ex illius manu prodiisse Ioannes Wachtler qui de tota quaestione multa verba fecit in diss. (Berol. 1896 21—25) „de Alcmaeone Crotoniata" mihi non persuasit, quamvis sit Ἀλκμαίων in lapide Euripidis fabularum indicem referente CIS 1152 (i). Tenemus enim grammaticum qui disserte admoneat (AO II 337 4) „Ἀλκμέωνος· τὸ με̄ ψιλόν, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἔχει ἡ χρῆσις" (et hoc loco et Atticorum titulis nisus A Nauck recte Ἀλκμέων scribit, cf. FTG[2] 379) et sic in Stobaeo fere tradere solet cod. M, cf. fr. 75 78 80 82 84—86 N[2] (ceteras scaenicorum Graecorum fabulas quae sub nomine Ἀλκμαίων feruntur omitto; etiam in his diphthongum sustulit Nauck). 5) Legerant in suis Graecorum tragicorum exemplaribus Ἀλκμέων poetae Latini (cf. Ribbeck ap. Ritschl opuscul. II 513) et scripserunt insiticia interposita vocali Alcŭmĕō quod nomen incorruptum legitur in Marii Victorini de rebus orthographicis libro VI 8 8 9 21 K; quae huc faciunt Ennii fragmenta plerumque a Cicerone servata nomen prae se ferunt Alcmaeonis, quod tamen editorum pravo potius silentio quam memoriae imputandum esse Ribbeck comprobavit l. l., cum „Alcmeo" non numquam in Ciceronis libris esse affirmaret; octo Attii Alcumeonis fragmenta uni Nonio debemus, cuius libri in scribendo illo nomine variant quidem magnopere, sed magis Alci-(Alce-)meone quam -maeone elicias. Termino romana veste induto edidit Plautus Capt. 562 „et quidem Alcumeus atque Orestes et Lycurgus postea." 6) „Aut Alcmaeoniae furiae aut ieiunia Phinei" dixit Propertius III 5 41 qui nisi altera syllaba ut longa usus esset vocabulum illud in versum recipere non potuisset. 7) Praeter Atticorum titulos et Euripidis fabularum laterculum haec inveni lapidum testimonia: Ἀλκμέωνος IMB 377 42 43 (Teni IV—III), volumina CIL frustra consuli; itaque forma Ἀλκμαίων uno tantum titulorum teste defendi videtur eoque aperte falso. 8) Ne Crotoniatae quidem medici nomen ut Ἀλκμαίων esse credam possum adduci. Primum enim Doricae illum gentis fuisse teneamus oportet; deinde quod Wachtler nihili esse ducendum dicit Theodoreti locum (Ἀλκμὰν ὁ Πειρίθου Κροτωνιάτης) cum habeat eius auctor Clemens Alexandrinus Ἀλκμαίων, nimiam librariis habet fidem quae quam lubrica sit ex Himerio potest cognosci, in quo Ἀλκμαίων vocatur lyricus Lacedaemonius or. 5 3; denique neglexit quae ipse paulo antea (p. 9) attulerat „Alcman" Hieronym. ad Abr. 1408 Ol. XLIII = Ἀλκμάν Sync. 403 14 (alio loco scribit 'Alcmeon' Hieronymus ad Abr. 1360 ol. XXXI). Hac in controversia quod nihil lucis affulget ex Iatricis valde est dolendum; istum verum medicum Ἀλκμάν non Ἀλκμαίων nomen habuisse mea fert opinio, cuius doctrinam cum maxime Iones propagarent ortum est Ἀλκμέων deinde Ἀλκμαίων.

7) cf. Phrynich. BA 33 33 γρυμεῖα: ἣν οἱ πολλοὶ γρύτην (σκευῶν γρύτην M II 108 27 (III[am]) κρυτοπωλῶν BU 9 1 12 (III[pr]) καλοῦσι, Δίφιλος καὶ ἄνευ τοῦ ῑ γρυμέαν, ac similiter p. 250 Lob. Rem conficit Sotadis locus ab Athenaeo VII 293[b] servatus (II 447 K): ὤπτησα τὰ μέσα, τὴν δὲ λοιπὴν γρυμέαν ἔψω. Inde recte L Dindorf (Th. L. Gr. II 792[c]) formam γρυμαία reiecit, veteribus aut γρυμέα aut γρυμεία (hoc praeter Phrynichum solum legitur EG 130 5; quod ibidem additur ἣν οἱ πολλοὶ γραμεῖαν καλοῦσι, monstruosam videtur continere formam, quae haud scio an ex Phrynichi papyrorumque testimonio in γρύτην corrigenda sit) vindicans; γρυμέα etiam in libris Pollucis 10 150. De meretrice quadam Γρυμαία appellata mentio iniecta est Ath. XIII 583[e], ubi tamen Γρυμέα recte restituisse existimandus est Kaibel.

8) γαιῶδες WL 1442.

Digitized by Google

maximam obtinent partem, quae de litteris ι et ει inter sese commutatis erunt commemoranda, sequuntur de ηι et ει quae notatu digna esse videntur, tum de litterula ι in volgari sermone evanida exponetur, incipiam vero a ratione, quae intercedit inter vocales cum ει η tum ι η.

Atque si de vocalibus ει et η[1]) quomodo inter se cohaereant quaerimus, duo in genera locorum numerus dividendus est, alterum in quo ει in η mutatur ante vocalem — sic plerumque fit — alterum ubi litteram η pro ει illatam sequitur consona. Nam diphthongi ει in locum vocalis η suppositae aut nulla aut perdubia sunt vestigia: ΠΡΙΝΕΙ θ 37 2 (no, Mekleri πρὶν ἤ certum est; mea tamen sententia haec corruptela ad nostram quaestionem propterea nil valet, quia voculas εἰ et ἤ in scribendo facile misceri posse testes sunt codices) ΠΑΡΑΠΛΕΙCΙΟΙC μ 103 32 (n; haec papyrus ut quae omnium prima descripta sit multa ex Italorum socordia traxit levioris generis vitia, e. g. κ et χ saepe praeter morem alternant). Ad priorem illum ordinem haec fere referenda: cημῆ[α ap *1012 VII² 16, 20 5 cημηώcαcθαι 6, 21 1 (o, CΗΜΕΙΩ — n) cημήωcιν 17, 23 8 ὧδε δ' ἀναπνήουcι καὶ ἐκπνήουcι λίφαιμο[ι] cάρκων cήριγγεc 25, 35 3 (= Emped. vs. 287 Stein) ἀρεcκήαιc 27, 40 4 πλῆο[ν 5; πλήων ap *1055 VI¹ 2, 17 1 πληόνων 4 Βιωνήου 19 3 (nam hoc sensus postulat); ἀνγῆον Ε? p. *908 X² 97, 3 5; Ἀκαδήμη[αν †Ακ 24 5 αι (o) Πυθαγ[ορ]ήουc Ο IV 727, 10 7; CΗΜΗΟΥCΘΑΙ Ε p. X¹ 3 2; πλή⟨ο⟩να *Μ X² 74, 6 7 (on) πραγματήαc 75, 9 1; ἀλήθηαν Δ *π 23 3; Να[υcι]φανήο[ιc] ρ II †19 17 (no) μηωτικῆc I *217 9 (no); ex Iatricorum libro accedit ἐκμαγῆο[ν 17 6 πλήονα 33 39 (πλείω 20 11 ex πλήω videtur esse correctum).[2]) Ad alterum genus quae pertinere videntur ex parte dubitatione sunt parum libera: δῆνα *θ 37 9 bis (no) ἄπηρο[ν *θᾱ 15 29 (no) ὀ[ν]ηδιcθείcηc *μ 100 2 (n) ἀπροcδεῆ[c (plur.) *θδ 173 23; de μ[ανθά]νην cf. supra p. 23.

Inter litteras η et ι multo rarior sicuti par est deprehenditur familiaritas: Δημόκρητον *ορ 29 27 (-ΚΡΗΤ- o, -ΚΡ ΙΤ- n) cχῆcμα Ε? p. *908 X² 96, 2 5 (no) ὁcιμέραι *ο 28 25 (no), ἐφ' ἱμῶν *θδ 131 17 si modo certum est. Neapolitanorum potius quam antiquitatis auctoritate nititur ΗΑΜΒΙΚΟΝ π *VI² 128, 2 18 ΠΕΡΗ|ΤΩΝ *ευ 126 16, ubi ni fallor in papyro exstitit ΠΕΡΙΚ|ΤΩΝ addito aequandi versus causa signo aliunde sat noto.

His expositis cum aliae vocalium permutationes ex itacismo pro-

---

1) cf. GM³ 132 sq. Meist.² 37.

2) Hanc lapidum Augustei potissimum aevi esse consuetudinem iam in vulgus notum est (cf. Meist.² 37), primus monuerat Dittenberger CIA III 788 et alibi.

Digitized by Google

fectae in Epicurea bybliotheca non sint conspicuae, quae inter ι et ει intercedat ratio aperiendum videtur.

Et primum quibus locis iota pro ει scriptum sit exponam. φθίρεcθαι *θδ 168 6, ἔπιτ' αὖ *μ 78 16, χαλκῖc *Στ 8 6 ἐκῖνον 9 1 χῖλοc 26 4 ταπινόν 27 3 μίνας 27 4, ἀπιρολογία ρ I *7 34 Ϲὐ[βουλίδι *85 13 ὀνιδίζει II *94 6, ΠΡΟΚΙΜ[ΕΝ . . ρ *XI² 11, 1 10 ΑΠΕΙΘΙC *ορ 33 27, ΛΕΞΙC π *IV² 171, 73 9, σημιώματα *Δπ XI² 5, 3 9 οὐδίc π *XI² 159, 6 17 (inc.) πᾶν οἰκῖον (sic scrib.) ap *1055 VI¹ 2, 20 10, μίζονα p. *807 X² 43, 2 2, χριωδεστέρων ap *862 5 6 (Scott Hercul. 313 sqq.), Ἰρ[ή]νην *ευ 79 5, χιμάζου[c]ιν Ϲ p. *1191 (est haec pap. inter vetustissimas) WS I 29 53 ἀντιτῖνον 64[2]); nec desunt talia in melioribus libris: ὀφιλοῦντα ρ I 264 20 διvότη[cι]ν II 33 6, ἐπιτίνει πα fr. 7 8, πλίονα διατίνηι πh 16 16 29 24 ἀν]επιτήδιομ Ϲκῆ 17 8 ἐκίνω 13 19 ἐκῖνο 8 9 ἀπο]δικνύω 9 10.

Atque haec quidem in quovis librario inter vitia numeranda sunt, sed diphthongo pro longa ι deteriores ex more potius quam negligentia utuntur. Quem morem quomodo et quibusnam in formis adhibuerint veteres nondum satis constat.[3]) Arduum qui haec omnia explanaturus est suscipiet laborem; nam non solum tituli papyrique consulendi, verum etiam in librorum vetustiorum usum oportebit inquiri, quorum multi sunt, qui non nisi in longi iota locum quamvis raro substituant diphthongum. Ipse intra artiores me continebo fines atque ea tantum memorabo, quae ex usu VH digna sunt cognitu[4]) paucis extrinsecus ascitis testimoniis.[5])

---

